D. AEGIDII COLVMNAE ROMANI,

ARCHIEPISCOPI BITVRICENSIS, ET

Aquitaniæ Primatis, Ordinis fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini, doctoris clariſſimi,

THEOREMATA DE CORPORE CHRISTI,

opus mirè eruditum, planeq; neceſſarium: nunc denuo longe quàm antea, opera fratris Ioſephi Veronenſis, cùm emendatius, tum diligentius excuſſum.

Cui ſupra priorem editionem acceſſit Rerum ac uerborum toto opere memo-rabilium copioſiſſimus INDEX.

ROMAE

Antonius Bladus Impreſſor Apoſtolicus excudebat.

M. D. LIIII.

LECTORI.

Habes optime lector Aegidij Romani Theoremata quinquaginta, cum ad rectè intelligendum ſanctæ Euchariſtiæ ſacramentum, tum ad clariorem multarum et grauiſſimarum in Philoſophia quæſtionum, quæ uidentur hoc tam excellens et præſtans ſacramentum moleſtare, ſolutionem, in primis neceſſaria. In quibus ſi te diligenter exerceas, nimirum comperies nihil eſſe quod ad hæc myſteria pertineat, quòd in hiſce non ſit traditum, diſcuſſum, et abſolutum. Fruere lector, et faue.

INDEX RERVM INSIGNIORVM
in Aegidij Theoremata de Corpore Chriſti.

Primus numerus paginam, ſecundus columnam indicant.

A

ACcidentia omnia corporis chriſti ſunt in hoſtia mediã te ſubſtantia. 10.4.et 12.2
Accidentia in ſacramento eucharistiæ ſunt ibi ſine ſubiecto. 17.2.a.et.33.3.b
Accidens nullum eſt in hoſtia ex vi ſacramenti. 20.4.a
Accidentia panis & vini in ſacramento & ſi diuina virtute abſq; ſubiecto ſubſiſtant, tamen non poſſumus intelligere accidens non intellecto ſubiecto, & cur. 28.1.d
Accidentia non celant angelis rerum quiditates. 12.2
Accidentiũ utilis partitio. 26.1.b
Accidentia diffiniuntur per additamentum. 18.3.b
Accidẽtia duo ſolo numero differentia in eodem ſubiecto ſimul eſſe non poſſunt. 9.2.et.24.3.b (26.2.c.
Accidens eſſe ſine ſubiecto contradictionem non implicat.
Accidentia ſucceſſiua nec naturaliter nec miraculo fieri poteſt ꝙ habeant per ſe eſſe. 23.2.d.et col.3.b.
Accidentium ſucceſſiuorum eſſentialis vnitas formaliter eſt per ſubiectum. 25.4.a.et.26.1.c
Accidentis eſſe eſt ineſſe non formaliter, ſed cauſaliter. 27.4 b
Accidentis quiditatem & naturam concomitatur aptitudo inhærendi. 28.4 c
Accidentia aliqua immediate fundantur in dimẽſionibus determinatis, aliqua magis in indeterminatis. 32.a
Accidentia habẽt materiam in qua, non ex qua. 25.3.a
Accidens oritur ex principijs ſubiecti. 25.2.a
Accidentia quæ ſunt in nobis per acquiſitionem, aut per infuſionem non oriuntur ex principijs ſubiecti. 25.2.a
Accidentis duplex eſt cauſa materialis. 25.2.d.
Accidentis duplex eſt cauſa efficiens. 25.2.a
Accidentia dupliciter poſſunt cõſeruari. 24.3.c.et 25.2.d
Accidentia omnia præter quantitatem per ſua ſubiecta indiuiduationem ſuſcipiunt. 24.1.a.et col.3.a
Accidentia agunt in virtute formæ ſubſtantialis. 30,3.c
Accidentia poſſunt immutare materiam ad generationẽ ſubſtantiæ, & quomodo. 36.4.b.et.37.1.a
Accidentium poſſibilis eſt mixtio contra Ariſt. 1.de Gener. 37.2.d
Accidentia manuducunt in cognitionem quiditatis. 12.2.
Actio ut fiat duo requiruntur. 10.2
Actio nulla immediate egreditur à ſubſtantia creata. 10.4.
Actio & paſſio duplex, intentionalis, & realis. 13.1.d
Actus procedentes ab habitu ſunt proportionati habitibus. 14.1.d
Aegidius compoſuit Theoremata de corpore chriſti ante Tractatum de corporibus reſurgentium. 9.1
Aegidius prius compoſuit Theoremata de corpore chriſti, q̃ Quæſtiones & Theoremata de eſſe & eſſentia. 18.3.c
Aegidius compoſuit Theoremata de corpore chriſti ante librũ de Gradibus formarum. 23.1.d
Aegidij confeſſio de fide catholica. 23.2.c.et 36.4.a
Aegidij oratio ad chriſtum, ante ſumptionem Euchariſtiæ dicenda. 38.2.c
Agens naturale agit vt inſtrumentum. 1.2
Agens naturale nunquã immediate attingit paſſiuum vt eſt quid, ſed ut eſt quantum uel quale. 10.4.et 1.2
Agens agit in paſſum, cum eſt debitus ordo & debita proportio inter actiuum & paſſiuum. 10.1
Albedo non eſt in puncto, nec pars albedinis. 13.1.b
Albedinis extenſio eſt alia ab extẽſione ſuperficiei. 18.1.c
Aliquid fieri naturaliter contingit dupliciter. 33.2.c.
Angelos eſſe intelligimus, ſed quid ſint, in præſenti ſtatu intelligere nequimus. ij.2.et 14.1.c.et 28.4.a
Angeli intellectuales, homines rationales dicuntur. 12.1
Angeli confirmati in gratia cur peccare non poſſunt. 15.2,b
Angelus omnis chriſtum in hoſtia exiſtentem uidere poteſt, modum tamen exiſtendi eius nullus comprehendit. 12.1
Angeli modum productionis rerum ex nihilo non comprehendunt, quamuis naturaliter per intellectum uidcant res creatas ex nihilo eſſe productas. 12.3.et 28.3.a
Angelus loco definitur. 2.4. et 3.3
Angelus ibi eſt ubi operatur. 14.2.b
Angelus cum corpore & anima ſimul eſſe poteſt. 9.1.et.13.2 d
Angeli duo non poſſunt eſſe in eodem loco, & cur. 9.1
Angelus in eo corpore, quod mouet primò, eſt totus in toto, & totus in qualibet parte. 12.1.et 13.3.a
Angeuls cum operatur in una parte uniuerſi, deſinit operari in alia. 13.4.b
Angeli quod poſſunt per naturam, non poſſunt per prohibitionem. 12.3
Angelus ſi quempiam baptizaret, de lege communi nõ eſſet baptizatus. 15.2.a
Anima chriſti & diuinitas ſub ſacramento altaris ex naturali concomitantia, non ex vi ſacramenti, & cur. 20.4.a
Animæ definitio ab Ariſt. data exponitur. 20.2.a
Anima unita corpori conſtituitur natura tertia. 17.4.a
Anima comparatur ad materiam dupliciter, vt eſt forma & vt eſt motrix. 20.1.b
Anima rationalis eſt tota in toto corpore, et tota in qualibet parte. ij.4
Animæ duæ in eodem corpore ſimul eſſe non poſſunt. 9.1
Anima numero eadem non poteſt duo corpora informare. 13.4.b
Animali duplex motus competere poteſt, alter ab anima vt forma, alter ab anima ut anima. 20.2.d
Animalia in uacuo ſi mouerentur, mouerentur in tempore, & cur. 19.3.b.et 20.2.d
Aquæ gutta ſi permiſceatur accidentibus illis, ſub quibus eſt ſanguis chriſti, conuertetur in uinum non in ſanguinem. 37.1.a
Argumenta eorum qui aſſerunt plures formas in compoſito. 22.2.c
Ariſtotelis opinio, ꝙ quicquid mirabile hic inferius agitur eſt effectus corporum cœleſtium, & non fit immediate

ab aliqua ſubſtantia ſeparata. 14.2.a
Auerroes imaginationem uocat intellectũ poſſibilẽ. 27.2.a
Augmentum quomodu per rareſactionem, & diminutio per condenſotionem fiant. 31.1.c
Auguſtini ſententiá de materia prima. 18.4.c

B

Baptiſmus poſſet fieri in alea ſicut fit in aqua, ſi hoc ordinaſſet Deus. 15.2.a

C

Cæcus a natiuitate quomodo poteſt de coloribus ratiocinari. ij. 2
Cœlum iuxta mentem Ariſtotelis eſt cauſa immediata eorum omnium quæ hic inferius aguntur. 14.2.a
Caro mortua & uino eſt aliquu modo caro uniuoce, & quo modo. 36.2.b
Cauſa efficiens duplex, aut quia efficit, aut quia conſeruat. 25.2.a
Chriſtus quod corpus dedit diſcipulis cœnantibus. 34.4.d
Chriſtus qui eſt in cœlo, quomodo etiam ſimul in altaribus ſit. 2.1.
Chriſtus non eſt in hoſtia per deſcenſum de cœlis, aut mediãtibus dimenſionibus proprijs. 7.1.et 22. 2.a.et 29.2.d
Chriſtus nun eſt in hoſtio ſicut imago in ſpeculu. 6.4.
Chriſtus eſt in hoſtia aliquo modu ut ad ſuperficiem ſpeculi multiplicotur imago. 8. ..
Chriſtum in hoſtio intellectus angelicas uidere poteſt, modũ tamen exiſtendi eius non comprehendit. 12.1
Chriſtum in hoſtia nemo corporali oculo aut intellectu uidere poteſt. 9.3. et 10.3. et ij.2.
Chriſtus oculu corporali ſe non uidet in hoſtia, prout in hoſtio habet eſſe. 10.2
Chriſtus ſe uidet in hoſtia, quatenus extra hoſtiam habet eſſe. ij.1.et 34.4.b
Chriſtum exiſtentem in hoſtia repræſentant magis ſpiritualia q̃ intentionolia, licet per neutra totaliter innoteſcat. 12.4.et 23.3.a
Chriſtus non habet aliam rationem quiditatis ut eſt in hoſtia, & ut eſt in cœlo. 14.3.a
Chriſto exiſtenti in hoſtia copulare poſſumus dolorem innatum non inatum. 35.1.a
Chriſti corpus in ſacramento altaris circũſcriptiuè eſſe nõ poteſt. 2.4.
Chriſti corpus in altari aliquomodo determinatur ad locum. 3.2
Chriſti corpori in altári conuenit poſitio, quæ eſt quantitatis differentia. 4.1
Chriſtus ſub hoſtia eſt quantus non quantitatiue. 4.2. et 10.2
Chriſti corporis dimenſiones ſimul ſunt cum dimenſionibus panis. 4.2.
Chriſtus totus eſt ſub utraq; ſpecie & totus in qualibet parte ut poteſt ibi reſeruari ſpecies panis & uini. 5.3. et 6. 3. et 7.1.et 13.2.a.et 38.1.b
Chriſti corpus modo oppoſito eſt in cœlo & ſub hoſtia. 5.4.et 7.2
Chriſtus ſub hoſtia habet ordinem partium ad totum & ad ſeinuicem. 7.4.
Chriſti totum corpus eſt per ſe & primo ſub hoſtia, partes autem vt habent ardinem ad totum. 8.1.et 23.3.c.d
Chriſti quantitas eſt in hoſtia mediante ſubſtantia. 10.2
Chriſti corpus in hoſtia non eſt modo extenſo. ij.4
Chriſtus vt eſt in cœlo poteſt ſimul eſſe cum corpore non glorificoto: vt in hoſtio cum glorificoto. 9.1.et 2.
Chriſti corpus idem numero poteſt ſimul ſacramentaliter & localiter eſſe, ſed non eodem modo. 9.3.et 14.3.a
Chriſtus non eſt ſitualiter in hoſtia. 13.3.c
Chriſti corpus in hoſtia non definitur in partibus nec in toto: ſpirituales ſubſtantiæ diffiniuntur in toto nõ in partibus: intentiones tam in partibus q̃. in totum. 13.4.c
Chriſtus in hoſtia quantum ad rationem quiditatis eſt notior ſubſtantijs ſeparatis, ſed non quantum ad eſſe quod habet ibidem. 14.1.b
Chriſtus non eſt in ſacramento mediantibus dimenſionibus proprijs, mediantibus quibus habet eſſe vt eſt in loca propria, & ut eſt in cœlo, 14.2.a
Chriſtus apparet interdum in hoſtia ſanctis hominibus in formo pueri, & fuit diu conſeruatus, 14.3.c.et col.4.b
Chriſtus cum apparet in hoſtia in forma pueri, dimenſiones panis conuertuntur in dimenſiones carnis, 15.1.b
Chriſtus in hoſtia, ſi ſpecies panis diuina virtute conuertatur in ſpeciem pueri, non deſcribitur vt puer ille q.ſ. caput ſic in capite & pes in pede, ſed in capite & in pede & in quolibet parte eius neceſſe eſt totum chriſtum exiſtere. 15.3.a
Chriſtus quomodo exiſtat ſub ſpecie vini. 35.1.d
Cognitio noſtra rationalis ſecundum rem imitatur magis cognitionem angelicam q̃; cognitio ſenſitiua: ſed quoad modum cognoſcendi eſt contra. 12.2
Compoſitum poteſt conuerti in ſolam materiam. 20.4.d
in Compoſito plures formæ eſſe non poſſunt. 19.3.d
Conuerſio panis in corpus chriſti proprio nomine vocatur Tranſubſtantiatio, et cur. 20.4.b.et 28.2.c.et 31.3.c
Corpora cœleſtia mouentur in tempore, & cur. 19.3.a
Corpus & anima cum per ſe vniuntur, conſtituunt noturam tertiam. 27.4.a
Corpus tripliciter dicitur, vt tres dimenſiones, vt materiam cum forma, & vt materiam organizatam nominat. 16.2.b.et 25.2.d
Corpus quod nominat alteram partem compoſiti eſt in genere ſicut principio ſunt in genere. 16.3.b
Corpus quod eſt altera pars animalis, de animali non prædicatur. 16.1.b
Corporis partes organizatæ poſſunt dupliciter conſiderari. 36.1.d
Corpus eſt per ſe & primo in loco, partes autem vt habent ordinem ad totum. 8.2
Corpus aliquod eſſe alicubi de nouo contingit dupliciter. 22.1.d
Corpora duo cur in eadem loco eſſe non poſſunt 5.2
Corpus cum frangitur, vna ſuperficies fit multæ ſuperficies. 23.4.b
Corpus nullum, etiam glorificatum, non poteſt occupare minorem locum q̃; ſua quontitas requirat. 14.a.d
Corporalis creatura per ſpiritualem adminiſtratur. 14.2.b
Corporalia in ſpiritualia conuerti non poſſunt. 20.4.a
Corpus glorificatum cum non glorificato ſimul in eodem lo

Digitized by Google

futuri membra Adæ, conſecuti fuiſſemus origi-
nalem iuſtitiam, quæ ſm ordinē inſtitutæ natu-
ræ, erat neceſſaria ad ſalutem. Vtrum autem ſuf
ficiens eſſet, vel poſt illam originalem iuſtitiam
neceſſaria eēt ſuperaddita gratia, ſi volebamus
proficere & ſalutem conſequi, inferius oñdetur.
In pręſenti autem ſufficiat ſcire, hmōi iuſtitiā in
poſteros deriuandam, ſic eſſe neceſſariā, modo
quo diximus. Adam ergo peccante, & a ſuo ſu-
periori ſe auertente, ordo rationis poſcebat, ꝙ
cum ipſe nollet ſuo ſuperiori eſſe ſubiectus, ꝙ
eius inferiora ſuperioribus rebellarēt. Propter
qđ caro ſtatim incępit rebellare animæ, & incę
perunt inſurgere in corpore contrarię diſpoſi
tiones ipſius formæ. ideo Adam, qui potuit nō
B mori ſi non peccaſſet, eo peccante, neceſſitatem
habuit moriendi. Super hanc quidem pugnam
ſm quam corpus rebellauit animæ, ſuper addi-
ta eſt pugna ſecunda, vt vires inferiores rebella
rent ſuperioribus: incęperunt. n. ex tunc inſur-
gere primi motus, & concupiſcentiæ in viribus
inferioribus, præter dictamē & ordinem ratio-
nis. Duo. n. contraxit Adam ex eo ꝙ ſe auer-
tit ab ipſo deo, videlicet, neceſſitatem moriendi,
& neceſſitatē peccandi: q̄diu quidē ſtetit in ſua
rectitudine, poterat non mori, & poterat non
peccare. Poterat. n. non mori, quia eo ſic ſtante
nihil inſurrexiſſet in corpore quod repugna-
ret animæ. Poterat non peccare, quia vires inſe
riores erāt omnino ſubiectæ ſuperioribus. Ac-
C ceperat. n. Adam per originalem iuſtitiam, vnde
poſſet ſtare, poterat. n. per eam omnia peccata
vitare: eo autem peccante, & a deo ſe auerten-
te, perdidit hanc originalem iuſtitiam, & hāc re
ctitudinem, qua inferiora ſuperioribus ſubiecta
erant. Et quia hmōi rectitudinem peccando pdidit, non potuit eam in poſteros trāſfundere.
Hoc eſt ergo peccatū qđ diximus originale, qa
ipſum ex origine contraximus. ſ. carentia hmōi
rectitudinis, & hmōi originalis iuſtitiæ, cum de-
bito hñdi eam. Secundum. n. ordinem naturę
inſtitutæ neceſſaria erat originalis iuſtitia ad ſa-
lutem conſequendam: quia ergo ea caremus, &
eam vt ſumus membra Adæ habere tenemur,
priuatio vel carentia originalis iuſtitiæ cū debi
D to habendi eā, eſt originale peccatum. Ex hoc
autem apparet, quare hmōi peccatum tot nomi
nibus nominatur. Nam Adam perdendo origi
nalem iuſtitiam dicitur fuiſſe vulneratus in natu
ralibus, quia neceſſitatem habuit moriendi: vel
vulneratus, quia peccando natura eius facta eſt
inepta & inhabilis ad operandū bonū. Fuit in-
ſuper ſpoliatus gratuitis: quia fuit ſpoliatus illa
rectitudine & illa iuſtitia, quā gratis acceperat.
Tertio ex hoc factum eſt, vt vires inferiores ſu
perioribus rebellarent. Quarto inde conſecutū
eſt, vt in eo eſſet habilitas ad cōcupiſcendum.
Quinto ex hoc originem ſumpſit, vt in eo eſſet
quædam infectio, quædam corruptela, & quæ-
dam pronitas ad peccandum. Prout ergo fuit
A vulneratus in naturalibus, qđ vulnus quodāmo
do eſt deriuatū in poſteros, dicit̄ originale pec-
catum, languor naturę. Prout vero fuit ſpolia-
tus gratuitis, hmōi peccatum nominatur tyran
nus, quia tyranni eſt ſemper ſpoliare ſibi ſubie
ctos. Tertio quidem prout vires inferiores re-
bellauerūt ſuperioribus, hoc peccatum dicitur
lex membrorū, ſm quem modū loquitur Apo
ſtolus ad Ro. dicēs, Video aliam legē in mēbris Rom. 7
meis repugnantem legi mentis meæ. Quarto
vero prout ex hoc fuit in Adam, & etiam in no
bis habilitas ad concupiſcendum, dicitur cōcu-
piſcentia. Nam originale peccatum, non dicitur
concupiſcentia, quia ſit actualis concupſcientia,
ſed quia eſt habilitas ad concupiſcē dum. Quin
to autem prout ex hoc fuit in Adam & eſt in
nobis quædam corruptela & quædam proni-
tas ad peccandum, huiuſmodi peccatum dicitur
fomes peccati.

*Cap. III. In quo determinatur, quomodo origina-
le peccatum paruulis impu
tatur ad pœnam.*

IVſtitia Dei exigit, vt
ſicut eſt duplex pec-
catum, originale, &
actuale, ita duplex ſit
pęna, dāmni. ſ. & ſen
ſus: pęna autem dam
ni reſpōdet peccato
originali, ſed pęna
ſenſus (vt cōmuniter
ponitur) rñdet actua
li. Hę autem duę pęnæ quodāmodo ſe habēt
adinuicem ſicut ipſa peccata. Nam ſicut contin
git aliquos ſolum originale peccatum habere q
nunquā actualiter peccauerunt, aliquos vero
qui ſupra peccatum originale plura peccata a-
ctualia addiderunt: ſic aliqui punientur ſolū pę
na damni, aliqui vero ſimul cum pęna dāni, ex-
perientur pęnam ſenſus. Sed dicet aliquis, An
oporteat ſic has duas pęnas ad inuicem eſſe cō
D nexas ita, vt nūquā ſit pęna dāni quin adſit pę-
na ſenſus? nam cum naturale ſit quēlibet ex dā
no dolere, dolor autē ſine pęna ſenſus eſſe non
poſſit, pęna dāni (vt videtur) a pęna ſenſus ſe-
parari non poterit. Aduertendum ergo quod
licet pęna ſenſus a pęna dāni ſeparari non poſ
ſit, pęnam tñ dāni a pęna ſenſus ſeparari cōtin-
git. Nullo. n. modo eſſe poteſt ꝙ in aliquo ſit
pęna ſenſus, & tamen non ſit in eo pęna dāni,
vt quod aliquis affligat̄, crucietur, & ſentiat pę-
nam, & tamen videat diuinam eſſentiam, quā vi
dendo nō dicatur habere pęnam dāni. Quod
duplici de cauſa contingit, primo ex ſupera-
bundantia delectationis, ſecundo ex gratia con
ſumata quæ requiritur ad hmōi viſionem. Pri-
mū ſic patet: ſemper. n. delectatio diminuit do-

lorē & triſtitiam, quare nō poterit eſſe ſuper- A
excellens delectatio cum aliqua triſtitia, vel do-
lore: & quia in viſione diuinæ eſſentiæ erit dele-
ctatio ſuperabundans, illa viſio nullum dolo-
rem, nullam triſtitiam, poterit ſecum compati:
quare eſſe non poterit quod aliquis ſentiat do
lorem & pęnam, & tamen videat illam admira
bilem diuinitatem: ergo eſſe non poterit quod
Rom. 7 aliquis habeat pęnam ſenſus & tamen non ha-
beat pęnam dāni. Secunda via ad inueſtigādū
hoc idem ſic oſtenditur. Nam poſt hanc vitam
nunquā diuina eſſentia videtur ab aliquo qui
non ſit omnino mundus, & in quo non ſit gra
tia perfecta & conſumata: in nullo autem tali
poteſt eſſe pęna ſenſus: ergo quicūq; habet pę
nam ſenſus, de neceſſitate habet pęnam dāni, &
caret viſione diuinæ eſſentiæ. Non ſeparat̄ igit̄
pęna ſenſus a pęna dāni: attamē econuerſo eē
contingit. Poteſt enim quis habere pęnam dā
ni abſq; eo qđ experiatur pęnam ſenſibilē. Sciē
dum tñ quod dānificari aliquē, eſt ipſum priua-
ri aliquo bono: bonum ergo illud vel eſt natu-
rale, vel ſupernaturale: ſi enim habemus pęnā
dāni, quia priuamur aliquo naturali bono, non
video quin ad talem pęnam in habente vſum li
beri arbitrii nō ſequatur triſtitia, dolor, & pę-
na ſenſus. Sed ſi per pęnam dāni priuamur ſu-
pernaturali bono, nūq̄ ad talem dānum rōna-
biliter ſequitur pęna ſenſus: quia irrationabile
eſt triſtari de carentia alicuius boni, quod ſcdm
naturam obtinere non poſſumus; vt ſi ſm natu
ram volare nobis non cōpetit, irrationabile eſt
ſi triſtemur, ſi volare non poſſumus. Sic q̄a ori-
ginalis iuſtitia, quæ ſm ordinem naturæ inſtitu
tæ requirebatur ad ſalutem conſequēdam, erat
bonū ſuperadditum naturalibus: & quia ipſa di
uina viſio eſt bonū ſupernaturale, paruuli dece
dentes ſolum in originali peccato, ſi priuantur
viſione diuina, habent pęnam dāni: ſed non p̄
pter hoc dolent, vel triſtantur: nec etiam habēt
pęnam ſenſus, quia vident bonum illud eſſe ſu-
pernaturale, de cuius carentia irrationabile eſt
dolere. Viſo, quomodo pęna dāni ſeparari pōt
a pęna ſenſus, de leui patere poteſt, quomodo
iuſto iudicio Dei originale peccatum paruulis
imputetur ad pęnam, nō ad pęnam ſenſus, ſed
dāni. Quātū enim ad pęnam ſenſus & maxime
ſi illa pęna ſit æterna, filius non portabit iniqui
tatem patris, nec patres ſm hmōi pęnam come
dent vuas acerbas, & dentes filiorum obſtupe-
ſcent. Sed anima quæ peccauerit ipſa morietur,
inquantum ad pęnam dāni: & potiſſime ſi hu-
iuſmodi pęna dāni ſit carentia boni ſupernatu
ralis, iuſtè iniquitas patris filio imputatur. Vt ſi
aliquis rex caſtrum aliquod daret militi, eius filii
ex ſucceſſione hæreditaria caſtrum illud poſſi-
dere debebant; ſi autem miles ille contra regem
forefaceret, nonne iuſto iudicio caſtrum perde
ret, quo perdito filii priuarent illo? Itaq; in hoc
nulla iniuria fieret filiis, quia caſtrum illud libe-
raliter fuit militi a rege collatum, & filii per pa-
trem debebant conſequi tale caſtrum, quare eo
peccante, iuſte filii incurrunt huiuſmodi pęnā.
A ſimili ergo quia originalis iuſtitia liberaliter
fuit collata ipſi Adę, quam debebat in poſteros
transfundere, eo peccāte & hmōi iuſtitiam amit
tente, nō potuit eam transfundere in poſteros:
quare nos Adæ filii per priuationē patris, p̄ri
uati ſumus hmōi iuſtitia & rectitudine origina-
li. In hoc tamen nulla iniuria facta eſt nobis, q̄a
illa iuſtitia quodāmodo donum ſupernaturale
erat. Igitur cum nos ab Adam proceſſerimus
naturaliter, forte iniuria fieret nobis, ſi ſic proce
dendo, priuaremur naturalibus bonis: ſed ſi ſic
procedendo naturaliter, non cōmunicatur no
B bis originalis iuſtitia vel aliquod aliud ſuperna
turale bonum, in nullo iniuriatur nobis deus,
nec de eo poſſumus rōnabiliter conqueri. Pri-
uati ergo originali iuſtitia quæ ſm ordinem na
turæ inſtitutę erat neceſſaria ad ſalutem, niſi per
gratiam Dei, & per Ieſum mediatorem Dei &
hominum liberemur, non poſſumus ſalutē cō
ſequi: quare carebimus diuina viſione, & p̄pter
originale peccatum habebimus pęnam dāni.
Sed hoc non iniuſtè fit, nec propter hoc nobis
iniuriatur deus, quia hoc dānum quod incurri
mus propter originale peccatum, non eſt pri-
uatio boni naturalis, ſed ſupernaturalis. ſ. grāæ.

C *Cap. IIII. In quo determinatur, quomodo originale peccatum aſſumit rationem culpæ.*

DVbitabatur a multis cū
omne peccatum ſit vo
luntarium, & adeo ſit
voluntarium q̄ ſi non
eſt voluntarium nō eſt
peccatum, quō origina
lis noxa cum non vo-
lūtate, ſed quadam ne
ceſſitate originis cōtra-
hat, habeat rōnem peccati, & maxime quomo-
do habeat rōnem culpæ: nam culpa ſuper pec
D catum vr̄ addere voluntariam inordinationē:
concedimus enim aliquando peccatum eſſe in
agentibus naturaliter, dum tamē hmōi agentia
contingat inordinate agere; vt ſi per actionem
naturalem fiat ſextus digitus in manu, vel cōtin
gat aliquod aliud mōſtrum, dicimus eſſe pecca
tum in natura, non tamen ibi eſſe culpam videt̄
ergo culpa omnino importare volūtariam ne-
quitiam & inordinationem. Et cum Auguſt. ait Lib. 3. cap.
in lib. de libero arb. Omne peccatum eſſe volū 18
tarium: accepit peccatum prout eſt idem quod
culpa. Igitur licet forte per orginem poſſemus
ſaluare nos contrahere peccatum prout pecca
tum extendit ſe ad actiones naturales, quia ge-
neratio & origo ſunt opera naturæ: nullo ta-
men

men modo(vt videtur)per originem ſaluare po A
terimus quód contrahamus culpam, vel quód
contrahamus peccatum vt eſt idē quod culpa.
Sciendum itaq; quód peccato & culpæ reſpon
det pęna, quare ſi videre volumus quomodo
originale peccatum habeat rationem culpæ, vi
dendum eſt qualis pęna debeatur tali peccato,
& quomodo paruuli per hmōi culpam puniū
tur. Ad hoc autem intelligendum valet exēplū
ſuperius poſitum de milite accipiente caſtrum a
rege. Si ergo miles accipiens caſtrum a rege ſo-
refaceret contra ipſum, contra quem forefacien
do perderet caſtrum, quo perdito priuarentur
filii eius dicto caſtro: inſurgeret quæſtio quo-
modo filii puniuntur ex caſtri amiſſione. Ad
quod eſſet rñſio manifeſta. Nam filii militis con B
tra regem ſortefacientis dupliciter conſiderari
poſſunt. Primo, vt ſunt quædam perſonæ in ſe.
Secundo, vt ſunt filii patris, vel vt ſunt membra
præfati militis. Si cōſiderantur hmōi filii vt ſunt
quædam perſonæ in ſe, nō puniuntur, nec pec-
cant: non puniuntur quidem, quia eis ſm ſe nō
debetur hoc caſtrum. Si autē debetur eis caſtri
hæreditas, hoc non eſt vt ſunt quædam perſo-
næ in ſe, cum eis ſm ſe non fuerit hoc caſtrum
tributum: ſed hoc ſolum eſſe contingit, inquan
tum ſunt mēbra patris, vel inquantum ſunt mē
bra dicti militis, quia ab illo milite ad ſuos filios
erat caſtri hæreditas deriuanda: quare ſi huiuſ-
modi filii non puniuntur vt quædam perſonæ
in ſe, ſed ſolum vt ſunt quędam membra pr̄is, et C
ſolum puniuntur in patre, quia ſm hunc mo-
dum non puniuntur in ſe, ſed in patre, ad hoc
quód talis punitio ſit iuſta nō oportet ꝙ pecca-
uerint in ſe, ſed in patre. Sufficit ergo culpa pa-
tris quantum ad hūc modum punitionis ꝙ hu-
iuſmodi noxa imputetur filiis. Quod ergo dcm̄
eſt de caſtro quod miles a rege accepit ſuis po-
ſteris relinquendum, intelligendum eſt de origi
nali iuſtitia, quam accepit Adam a deo in ſuos
poſteros filios deriuanda: ſicut ergo milite fore
faciente contra regem, iuſte amittit caſtrum a re
ge acceptum, ſic Adam ſe auertēte à deo, iuſtè
amiſit originalem iuſtitiam, quam ab ipſo nullis
præcedentibus meritis, ſed ſolum gratis accepe-
rat. Ipſo itaq; Adam originalem iuſtitiam amit- D
tente, in poſteros filios eam nequit tranſfunde-
re, quia nullus dat qd̄ non habet. Videntur er-
go ex hoc filii Adæ, ex peccato patris eſſe puni-
ti, quia naſcendo non accipiunt originalem iu-
ſtitiam, quā accepiſſent ſi Adam eorum pater in
ſua rectitudine permanſiſſet. Si ergo quæratur
ſi filii Adæ puniuntur, quia originalem iuſtitiā
non accipiunt: nullam difficultatē habet rñſio,
ſi prius dicta ad memoriam reducanť. Patet .n.
quód ſi conſiderentur filii Adæ vt quædā pſo-
næ in ſe, non puniuntur: quia nullo bono pri-
uantur, quod ſit eis debitum ſm ſe. Sed ſi conſi-
derantur inquantum ſunt mēbra patris, ſic ali-
quo modo puniuntur, quia non tranſfunditur
in nos originalis iuſtitia, quæ ſm ordinē natu-
ræ inſtitutę per Adam patrem noſtrum in nos
tranſfundenda erat: quare ſi nos carendo origi
nali iuſtitia nō punimur vt ſumus aliquid in no
bis ipſis, ſed vt ſumus mēbra ipſius Adæ: ad hoc
quod talem punitionem iuſtæ patiamur, non
oportet quód peccauerimus in nobis ipſis, ſed
ſufficit quód peccauerimus in Adam. Et iſta eſt
ſententia apoſtoli ad Ro. 5. vbi probat nos om
nes eſſe peccatores non per operationes factas
in nobis ipſis, ſed quia peccauimus in Adam: p
peccatum enim illius hominis, mors tranſiuit in
omnes homines, & omnes peccauerunt in illo.
Hoc eſt ergo quod Apoſtolus ait, quód ſicut p
vnum hominem in hunc mundum peccatum
intrauit, & per peccatum mors: ita & in oēs ho-
mines mors pertranſiuit, in quo vno homine. ſ.
Adam omnes peccauerunt. Ex hoc autem ap-
parere poteſt: quomodo originale peccatū ſit
voluntarium. Nam ſi filiis Adæ non imputať
originale peccatum ad culpam vt ſunt aliquid
in ſe, ſed vt ſunt membra Adæ, ita quód cōtra-
hunt originale peccatum vt ex Adam deſcen-
dunt: non oportet hmōi peccatū originale eſſe
volūtarium per vſum liberi arbitrii exiſtentem
in pueris paruulis, ſed ſufficit hmōi peccatū eſſe
voluntarium per volūtatem Adæ, & per vſum
liberi arbitrii exiſtentem in Adam. Et iſta eſt ſen
tentia Aug. rñdentis Iuliano hæretico conten- *Lib. 3 cap. 5.*
denti nullum peccatum eſſe in paruulis. Inquit
enim Iulianus: Si per hominem peccatū intra-
uit in mundū, vel hoc eſt ex volūtate, vel ex na
tura. Si ex voluntate, mala eſt voluntas quę pec
catū facit: ſi autē ex natura, mala eſt natura. Cui
rñdet Augu. ꝙ ex voluntate pc̄tm̄ eſt. Sed vlte *Ibidē, et cap.*
rius poſſet quærere Iulianus, dato qd̄ aliqd̄ pec *24.*
catū ſit ex voluntate vt pc̄tm̄ actuale, verū ori-
ginale pc̄tm̄ ex voluntate ſit. Cui rñdet Augu.
ꝙ ex voluntate eſt originale pc̄tū, quia hoc eſt
ex voluntate primi hominis ſeminatū, vt in illo
eſſet, & in oēs tranſiret. Patet ergo ꝙ ſicut per
pc̄tm̄ originale punimur, ſic eſt culpa, & ſic eſt
voluntariū; punimur aūt vt ſumus mēbra Adę;
ideo ſufficit quód per hoc pc̄tm̄ peccauerimus
in Adam, & quód fuerit voluntarium in ipſo.

Cap. V. In quo determinatur quomodo caro infecta inficit animam.

ISta fuit obiectio Iuliani hæreti- *Lib. 3. contra*
ci contēdentis contra Augu. no *Iul. per totum:*
ſtræ fidei defenſorem. Dicebat *& præcipuè*
præfatus Iulianus Augu. per qd̄ *cap. 24.*
peccatum inuenitur in paruulo?
Non peccat ille qui naſcitur, non peccat qui gi
gnit, non peccat deus qui condidit aīam: p quas
ergo †rimas, per quæ foramina, iter tot præſi- *†ruinas*
dia & ſubſidia innocentiæ peccatum fingis in-

traſſe,vel ingreſſum habuiſſe? Cum ergo Deus A producens animam iuſtus ſit,& cõtingat parẽtes aliquos iuſtos eſſe, & ipſe paruulus non peccauerit: dubitabat Iulianus hęreticus quomodo peccatũ originale ſubintrat infantes,& qualiter anima maculatur a carne. Vt ergo in hoc cap.omnes difficultates contra hanc materiam emergentes tollamus de medio, eſt diligenter notandum,quod paruulus iſte qui in originali peccato concipitur,tripliciter conſideratur. Primo,vt eſt aliquid in ſe. Secundo,vt refertur ad parentes proximos. Tertio,vt refertur ad Adã protoplaſtum. Secundum autem has tres conſiderationes,circa hanc materiam triplex difficultas inſurgit. Conſurgit itaq; difficultas pri- B ma,ex eo quod ille paruulus in originali conceptus,eſt aliquid in ſe; conſtat autem peccatũ oẽ eſſe in anima: cum ergo anima humana non ſit ex traduce; quia intellectus eſt ab extra,& rõnalis anima immediate creatur a deo: ſi non poteſt traduci accidens niſi traducto ſubiecto,non poterit originale peccatum a parẽtibus deſcendere in paruulum, ex quo anima quæ eſt peccati ſubiectum non eſt a parentibus deriuata. Secũda autem difficultas oritur ex eo quod paruuli ad parentes proximos referuntur. Nam contingit aliquando paruulorum progenitores eſſe baptizatos,& non habere originale peccatum, quare ſi nullus dat quod non habet,quomodo eſt intelligibile originale peccatum a parẽtibus C deriuari in paruulos,ſi hoc crimen in ipſis progenitoribus non exiſtat? Tertia quidem difficultas oritur ex eo quod ipſi paruuli referuntur ad Adam protoplaſtum. Nam ſi anima originale peccatum contrahit,quia carni infectę coniungitur, & caro iſta ideo infecta dicitur, quia in Adam primo parente corrupta fuit: cum omnino incredibile ſit dicere totam carnem omnium hominum fuiſſe in Adam, & cum poſſit contingere animam alicuius paruuli vniri alicui carni,de qua nihil omnino fuit in primo parente,conſurgit difficilis, & admirabilis quęſtio: vnde in illo paruulo peccatum originale inſurgat: non ex parte animæ,quia illa eſt immediate a deo producta: non ex parte carnis,quia poſi- D tum eſt nihil de carne fuiſſe in Adam protoparente noſtro,per cuius corruptionem, peccatum tranſiuit in omnes. Has autem difficultates quidam per opiniones falſas conati ſunt ſoluere. Voluerunt.n.aliqui, quod ſicut caro a parentibus traducitur,ita traducitur anima:& hoc poſito de facili ſoluebant difficultatem primam quomodo originale peccatum ſubintrat infantes. Dicebant enim,quod ſicut a carne corrupta parentum,progreditur caro corrupta filiorum, ſic ab anima peccatrice progenitorum,oriẽ peccatrix anima prolis. Sed hęc poſitio ſtare non Cap. 18. poteſt,dicente Domino per Ezech. Omnes animæ meæ ſunt ſicut anima patris,ita & anima filii. Et in Pſal. Qui finxit ſigillatim corda eorũ. Pſal. 32.

Omnes ergo animæ ſunt dei,& non magis eſt anima patris,quam anima filii: quia omnes animæ immediate producuntur a deo: nulla ergo rationalis anima educitur de potentia materiæ, ſed quęlibet ſigillatim a deo creando infundiť, & infundẽdo creatur. Cum.n. intelligere qđ eſt actus rationalis animæ, ſit per abſtractionem a materia, ſufficienter oſtenditur rationalem animam,cuius eſt habere talem operationẽ,de potentia materiæ non eſſe eductam. Secunda autem opinio falſa contra originale peccatum,eſt dicens,non eſſe in paruulis traductionem originis,ſed ſimilitudinem præuaricationis. Hoc eſt ergo quod Aug.ait in lib.de Baptiſmo paruulorum 1. cap. 19. loquens de ipſis Pelagianis hęreticis dicens: Sciendum eſt hęreticos quoſdam, qui nominati ſunt Pelagiani, dixiſſe peccatum primæ transgreſſionis in aliquos homines non propagatione,ſed imitatione tranſiſſe: conſueuerunt enim filii imitari progenitores. Dicebat ergo Pelagius hæreticus peccatum originale eſſe in paruulis,nõ quia per originem aliquod peccatum contrahant,ſed quia per originem in peccãdo conſueuerunt filii imitari parentes. Secundum hoc itaq; ſi hæc poſitio vera eſſet, plene ſoluet̃ difficultas ſecunda. Nam cum dicebatur quod parentes mundi & baptizati generabant filios mundos,& ſine originali peccato,patet ꝙ ſcđm hunc modum tales filii non naſcuntur immundi,nec per originem cõtrahunt peccatum hoc, ſed ſolum dicũtur habere originale peccatum imitando parentes. Sed hęc poſitio Pelagii ſtare nõ poteſt,quia plana eſt ſentẽtia Apoſt. Qđ Rom. 5. omnes peccauimus in Adam, & quod oẽs natura naſcimur filii iræ. Ephe. 2. Hoc etiam ſancti volunt. Vnde Greg.ait quod nos ex carnis delectatiõe In cap. 15. primi Reg. circa finem. cõcepti, culpam originalem nobis cõtraximus. Et Aug.in lib.de natura & gratia,vult paruulos peccatum ex origine contraxiſſe. Cap. 3. Ad tertiã autem difficultatem vitandam Magiſter ſecundo Diſt. 3. ſententiarum,ſingularis opinionis eſſe videtur: nam vt ſaluaret quod caro infecta in Adã inficit animam omnium poſteriorum filiorum, poſuit quod nihil eſt de veritate carnis in filiis, niſi quod a parentibus contraxerunt. Vult.n. quod nihil de alimento tranſeat in veritatẽ humanæ naturæ. Illud ergo quod a parentibus traximus, in ſeipſo multiplicatur, & conſurgit in tantam quantitatem,quanta ſufficit ad veritatem humanæ naturę:& quia ſm hunc modum dicendi,nihil de exteriori materia conuertitur in veram carnem naturaliter & carnaliter,quicquid eſt in humanis corporibus,dicitur fuiſſe in primo homine: ſm hoc itaq; ſoluitur difficultas tertia. Supponebatur enim animã rationalẽ poſſe coniungi alicui carni,de qua nihil omnino fuit in primo parente: propter quod arguebatur quod ſi caro illa non fuit infecta in Adã, non potuit inficere animam. Sed opinio hæc Magiſtri,ſtare nõ poteſt. Improbauimus enim

eam

205

q.3. de Reſur. mor.

eam diffuſius in quibuſdã ſpecialibus quæſtio-
nibus. Ad præſens autem ſufficit dicere, quòd ſi
talis eſſet hominis generatio, non eſſet naturalis
ſed miraculoſa: quod eſt incõueniens. Vt ergo
prædictæ tres difficultates tollantur de medio,
vt ſciamus quomodo inficiẽ in paruulis anima,
& per quam viam peccatum originale ſubintrat
infantes: ſciendum quòd (vt ſupra tetigimus)
originale peccatum eſt carentia originalis iuſti-
tiæ cum debito habendi eam. Si enim Adam in
ſua rectitudine ſteiſſet, filii nati ex eo conſecuti
fuiſſent originalem iuſtitiam, & nati fuiſſent in-
nocentes. Sed Adam peccante, & originalem
iuſtitiam amittente, non potuit eam transfunde
re in poſteros. Quare ſicut in Adam poſt pecca
tum fuit carẽtia originalis iuſtitiæ quã hẽre de-
B bebat: ſic & in filiis fuit carentia illius iuſtitię, quã
iuſtitiam tenebantur habere inquantum erant
membra ipſius Adę. Et quia hæc carentia cum
debito habendi eam, eſt originale peccatum: cũ
in ipſis infantibus ſit talis carentia, in ipſis infan-
tibus erit originale peccatum. In peccato enim
originali tria eſt conſiderare. Primo, carentiam
ipſius originalis iuſtitiæ. Secundo, infectionem
animæ. Tertio, naturalem originẽ, per quam
talis infectio cõtrahitur. Tripliciter ergo circa
hãc materiam errare contingit: quia vel erratur
circa ipſam originalem iuſtitiã: & ſecũdum hoc
oriebatur difficultas prima. Vel erratur circa
ipſam originem naturalem, & ſic inſurgebat dif
C ficultas ſecũda. Vel cõtingit error quãtum ad
infectionem animæ: & quãtum ad hoc habebat
ortum tertia difficultas. Si hęc ergo tria plene
declarare poterimus, ſufficienter patefactũ erit
quod quęritur. Propter primum ergo, ſciẽdum
quòd iuſtitia originalis nõ erat donum ex debi-
to naturæ adeptum, ſed ex largitate creatoris
gratis datum. Nõ ergo ſic imaginari debemus,
quòd animę ex ſua natura debeatur originalis
iuſtitia, quæ vnita carni, huiuſmodi perfectionẽ
ſuæ naturæ debitam, perdit. Sed animæ filiorũ
Adæ, hoc modo habuiſſent originalem iuſti-
tiam: quia ſi primi parentes nõ peccaſſent, & ori
ginalem iuſtitiam nõ perdidiſſent, cõcepiſſent
ſine libidine, & hoc modo in poſteros origina-
D lem iuſtitiam transfundiſſent: animæ ergo filio-
rum Adæ cõiunctæ carni, cõceptæ ſine libidi-
ne, originalem iuſtitiam habuiſſent. Igitur ad
hoc quod anima cõtrahat originale peccatum,
nõ oportet eam eſſe ex traduce, vel eſſe eductã
de potẽtia materiæ vt (arguebat difficultas pri-
ma) ſed ſufficit eam eſſe cõiunctam carni libidi-
noſæ & ex corruptione conceptæ. Oriebatur
itaqꝫ difficultas prima ex errore circa originalẽ
iuſtitiam: quia ſupponebat eam eſſe donum na
turæ debitum, nõ gratis datum. Secũda autẽ dif
ficultas ſic tollitur. Nam homini cõpetit duplex
generatio: vna carnalis, ſecũdum quam accepit
eſſe naturæ: alia vero baptiſmalis, ſecũdum quã
accepit eſſe gratiæ. Quantũ ergo ad generatio-

A nem primam, naſcitur homo natura filius iræ,
quia concipitur in originali peccato. In omni-
bus ergo conſiderandum eſt quod eſt per ſe, &
dimittendum quod eſt per accidens. Iſte ergo
baptizatus generans filium, vel generat ipſum
vnde carnaliter natus, vel vnde ſpiritualiter re-
generatus. Si vnde ſpiritualiter regeneratus,
cum per huiuſmodi regenerationem abſolua-
tur ab originali, producet filium abſqꝫ origina-
li. Si generat eum vnde carnaliter natus, cum
ſecundum hoc in originali naſcatur, quantum-
cunqꝫ ſit ipſe baptizatus, generabit filium in ori
ginali conceptum. Cum ergo generatio filio-
rum ſit naturalis, quãtumcunqꝫ parentes ſint ba
ptizati: (quia non generant vnde renati, ſed vn-
B de nati) faciunt filios in originali conceptos.
Et iſta eſt ſolutio Aug. in lib. de Baptiſmo par- 2.cap.27.
uulorum, qui ait parentes baptizatos generare
filios in originali, quia non generant filios ſe-
cũdum generationem illam qua de nouo ſunt
nati, ſed potius ſecundum eam, qua carnaliter
& ipſi prius ſunt generati. Vnde idem ibidem
ait, quòd ſicut homines circumciſi generant fi-
lios non circũciſos, & ſicut granum a palea pur
gatum, generat granum a palea nõ purgatum:
ſic homo baptizatus & ab originali mundatus,
generat filium ab originali nõ mundatum: quia
ſicut granum producit aliud granum non ex
eo quòd eſt à palea excuſſum, ſed quia eſt cum
palea ortum: & homo circumciſus generat ex
C eo quòd carnaliter natus eſt cum pręputio, nõ
ex eo quòd eſt poſtea circumciſus. ſic homo ba
ptizatus, non generat ex eo quod eſt ſpirituali-
ter regeneratus, & ab originali abſolutus, ſed
generat ex eo quòd eſt carnaliter generatus &
in originali conceptus. Difficultas ergo ſecun-
da, dicens, ex parentibus baptizatis & ab origi
nali abſolutis, deberi procreati filios ab origi-
nali mundatos: oriebatur ex errore circa gene
rationem naturalem: referebat enim difficultas
illa generationem filiorum in regenerationem
ſpiritualem, non in generationem carnalem.
Tertia autem difficultas ſic ſoluitur. Nam non
debemus imaginari infectionem & turpitudi-
nem animæ quam contrahit ex originali, eſſe
D per appoſitionem alicuius turpitudinis, ſed ma
gis per ſubtractionem alicuius decoris, & alicu
ius pulchritudinis. Dupliciter enim poſſet de-
turpari corporalis imago: primo, per appoſitio
nem luti, vel alicuius alterius turpitudinis vel
infectionis: ſecundo, per ſubtractionem alicu-
ius pulchritudinis, & decoris: vt ſi imagini am-
putaretur naſus, vel euellerentur oculi, detur-
pata diceretur. Sic & in propoſito, non inficia-
tur anima ex originali peccato, ſicut inficitur
imago ex luto: quia hoc modo infectio car-
nis animam inficere non poſſet, cum ſit quid
ſpirituale. Sed eſt iſta infectio per carentiam cu
iuſdam pulchritudinis, & decoris: vt per caren-
tiam originalis iuſtitiæ, quæ eſſet decor & pul-

chritudo aię.& quam haberet anima ſi coniun-
geretur carni non libidinoſæ,& non ex corru-
ptione conceptæ. Quare ad hoc quod ſecun-
dum hunc modum inficiatur anima, non opor
tet totam carnem filiorum carnaliter, & mate-
rialiter fuiſſe in Adam, vt Magiſter opinabatur,
ſed ſufficit ꝙ per propagationem ſit caro libidi
noſe concepta. Patet ergo quòd inficitur ani-
ma cuiuſlibet paruuli ab originali pctõ; & pec-
catum originale ſubintrat infantes non obſtan
te quòd anima non eſt ex traduce, vt tangebat
difficultas prima; & non obſtante quòd contin
git aliquos generari ex parentibus baptizatis, vt
tangebat ſecunda difficultas: & etiam non ob-
ſtante ꝙ tota caro noſtra nõ fuerit materialiter
& carnaliter in Adam, vt difficultas tertia præ-
tendebat.

Cap. VI. *In quo determinatur, quomodo in baptiſmo dimittitur noxa originalis peccati.*

VEhemens difficultas ori
tur ex prędictis, quomo
do originalis noxa di-
mittitur in baptiſmo. Di
cebatur enim ꝙ origina
le peccatũ eſt languor
naturæ, concupiſcentia,
lex membrorum, tyran
nus, & fomes peccati.
Cum ergo homines baptizati adhuc in ſeipſis
ſentiant concupiſcentiam.i.aptitudinem ad cõ-
cupiſcendum: & cum videant quandam legem
Rom.7. in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuę:
& cum ex hoc ſit in eis quidam fomes peccati, &
quidam langor naturę: & vlterius ſit in eis quo-
dammodo quidam tyrãnus, quia ex hoc habẽt
quãdam promptitudinem vt ſeruiant peccato;
qualitercũq; accipiatur originale peccatum, nõ
videtur quòd dimittatur in baptiſmo. Sciẽdum
ergo qđ (vt patet ex habitis) originale peccatũ
eſt carentia originalis iuſtitiæ cum debito habẽ
di illam. Sic enim requirebat ordo naturæ inſti-
tutę, vt ad conſequendam ſalutem, neceſſaria
eſſet originalis iuſtitia: quare cum originalem
iuſtitiam ſm ordinem illum debeamus cõſequi
inquantum eſſemus membra ipſius Adæ, patet
quòd ſalutem cõſequi debueramus ſm ordinẽ
naturę inſtitutæ, exiſtentes membra ipſius Adę.
Peccante itaq; Adam, ordo ille non ſolum fuit
interruptus, ſed etiam quodammodo fuit in cõ
trarium permutatus: ita quod ſicut ex Adam pro-
toparẽte ſm naturam inſtitutam nati fuiſſemus
innocentes, & habentes originalem iuſtitiam:
ſic ſm naturam corruptam ex Adam naſcimur
Ephe. 2. natura filii irę, & priuamur illa rectitudine natu
rali. Itaq; ſm hũc ordinem quem habemus ad
Adam non ſolum ſalutem non conſequimur,

A ſed in ipſo morimur, quia in ipſo peccauimus Rom. 5.
omnes. Oportuit ergo ꝙ per alium ordinem
cõſequeremur ſalutem. Propter quod in hoc
fuit maxima dei diſpenſatio, quòd mitteret vni-
genitum filium ſuum factum ſub lege, factum
ex muliere, per quem adoptionem filiorum re- Gal.4.
ciperemus, & per quem poſſemus ſalutem cõſe
qui. Eſt igitur dare naturam in triplici ſtatu, ſcili
cet in ſtatu innocentiæ: corruptam: & reſtaura
tam. Innocens quidem natura à deo eſt creata,
ſed per Adam eſt corrupta, per Chriſtũ vero
mediatorem dei & hominũ eſt reſtaurata. Hoc
ergo modo dimittitur originale peccatũ in ba-
ptiſmo, non quia nobis reſtituatur originalis iu
B ſtitia, ſed quia dimittitur nobis debitum haben-
di eam. Nam in ſtatu naturæ innocentiæ, ſi per-
manſiſſemus in tali ſtatu, habuiſſemus origina-
lem iuſtitiam: nunc autem in ſtatu naturæ cor
ruptæ non habemus eam, ſed quãdiu ſumus in
tali ſtatu, tenemur eam habere. Quando autẽ
per baptiſmum ſumus membra Chriſti, qui na-
turam humanam reparauit, abſoluimur a de-
bito habendi eam. Debemus ergo imaginari
duos Adam: vnum terreſtrem, vt protoplaſtũ
noſtrum: & vnum cęleſtem, vt ipſum Chriſtũ.
Ante ergo baptiſmum ſumus in ordine Adæ
terreni, & ſumus mẽbra illius Adę: & quia Adę
data fuit originalis iuſtitia in ſtatu naturæ con-
C ditæ, neceſſaria erat originalis iuſtitia ad ſalutẽ
conſequendam vt eſt per habita manifeſtum:
& quãdiu ſumus in tali ordine, tenemur origi-
nalem iuſtitiam habere. Baptiſmus itaq; hoc fa
cit, ꝙ per baptiſmum conſepulti ſumus morti Rom.6.
Chriſti, & facit nos membra Chriſti, vt iam nõ
vlterius dicamur eſſe de ordine ipſius Adæ ter-
reni, ſed magis de ordine ipſius Adæ cęleſtis.
Et quia originalis iuſtitia neceſſaria erat nobis
quãdiu eramus membra Adę terreni, & quãdiu
eramus in ordine illo: nunc autẽ in ordine alio
conſtituti & facti membra Chriſti, abſoluimur
a debito habendi originalem iuſtitiam, & ad cõ
ſequendam ſalutem non tenemur habere eam:
quia exiſtentes membra Chriſti confertur no-
bis à deo quoddam donum, vt gratia baptiſma
D lis, quæ (vt patebit) eſt potior ad ſalutem conſe
quendam, q̃ eſſet originalis iuſtitia, quam conſe
cuti fuiſſemus per Adam, ſi ipſe in ſua rectitudi
ne permanſiſſet. Vnde quodãmodo ſimile eſt
de conſecutione ſalutis, ſicut eſt de tranſitu cu-
iuſdã magnæ aquę. Si enim eſſet aqua magna,
q̃diu non eſſet ibi pons, neſcientibus natare ne
ceſſaria eſſet nauis, ſi vellent tranſire aquam: fa-
cto autem ibi ponte haberent homines alium
ordinem, & aliam viam ad tranſeundum aquã,
& ſine naui poſſet aquam tranſire, immo pons
potior eſſet q̃ nauis ipſa ad tranſeundum. Sic
quodammodo eſt in propoſito, quãdiu ſumus
membra Adæ terreni, ante quàm ſimus mẽbra
Chriſti, tenemur originalem iuſtitiam habere:
facti autem membra chriſti per gratiam baptiſ-

malem, poſſumus conſequi ſalutem abſq; originali iuſtitia: abſoluimur enim a debito habẽdi eam. Patet igitur verum eſſe quod diximus, videlicet, in baptiſmo dimitti originale peccatũ, non quia reddatur nobis originalis iuſtitia, ſed quia abſoluimur a debito habendi eam. Et inde eſt quod ſicut in Adam omnes morimur, quia per eum priuamur originali iuſtitia quam habere tenemur quãdiu ſumus membra eius: ſic in Chriſto omnes viuificamur, quia in baptiſmo confertur nobis per ipſum gratia baptiſmalis, & abſoluimur a debito habendi originalem iuſtitiam. Relinquendo ergo imaginem Adæ hominis terreni in quo morimur per carentiam originalis iuſtitiæ, & debitum habendi eam, & portandi imaginem Chriſti hominis cæleſtis, in quo viuificamur, dimittitur nobis originale peccatum. Vnde Apoſtolus primo ad Cor. 15. ad hoc nos hortat dicens. Quod primus homo ex terra terrenus, ſecundus hõ de cęlo cęleſtis. Et ſubdit, Quod ſicut portauimus imaginem terreni, ita portemus imaginem cęleſtis. Vnde ibidem ait, quod ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Dicamus ergo quod originale peccatum ratione qua dicit carentiam originalis iuſtitiæ, non eſt formaliter culpa, ſed magis eſt quædam habilitas ad culpam. Rãtione vero qua dicit debitum habendi eam, habet quod ſit formaliter culpa. Ex eo igitur q; tenemur, vel debemus habere originalem iuſtitiam, & non habemus eam, eſt nobis culpa originalis. Quare ſi in baptiſmo abſoluimur a debito habendi originalem iuſtitiam, remittitur nobis originale peccatum, inquantum habet rationem culpæ. Ratio autem, quare in baptiſmo dimittitur nobis debitum habendi originalem iuſtitiam, eſt, quia datur nobis gratia baptiſmalis, quæ potior eſt ad conſequendam ſalutem, quam iuſtitia originalis. Nam ſecundum Magiſtrum, ſecundo ſentẽtiarum, per originalem iuſtitiam ſolum habebat Adam quod poſſet ſtare, non autem habebat quod poſſet proficere. Sed per gratiam baptiſmalem non ſolum conſequimur quod poſſumus ſtare, ſed etiam quod poſſimus proficere. Quare ſicut volens tranſire aquam non teneretur habere nauigium ſi eſſet ibi pons, quia pons in tranſeundo eſt nauigio potior: ſic ſi volumus ſalutem conſequi, non tenemur habere originalem iuſtitiam ſi habuerimus gratiã baptiſmalem: quia in conſequendo ſalutem, huiuſmodi gratia eſt potior quàm illa iuſtitia. Quod non ſic intelligendum eſt quod gratia baptiſmalis ſimul cum originali iuſtitia non eſſet potior ad conſequẽdum ſalutem, quàm ſola huiuſmodi gratia: tamen hęc gratia ſine illa potior eſt ad conſequendum ſalutem, quàm illa iuſtitia ſine hac gratia: cum per talem gratiam poſſimus mereri, & proficere, per originalem vero iuſtitiam ſolum ſtare. Ex hoc ergo apparet quod licet gratia baptiſmalis ſimpliciter loquendo quãtum ad conſequẽdam ſalutem ſit potior quàm originalis iuſtitia, attamen hęc & illa quodam modo ſe habent ſicut excedentia, & exceſſa. Nam quantum ad ſtandum potior erat originalis iuſtitia; quia illa non ſolum tollebat peccatum, ſed etiam habilitatem ad peccandum: gratia vero baptiſmalis licet peccatum & culpam tollat, non tamen tollit habilitatem & pronitatem ad peccandum, ſed ſolum eam debilitat, & minuit. Ex hoc ergo apparere poteſt intellectus illius verbi Augu. in libro de Nuptiis & cõcupiſcentia, q; dimittitur cõcupiſcentia carnalis in baptiſmo, nõ vt nõ ſit, ſed vt non imputetur ad pctm. Per baptiſmum ergo non tollitur concupiſcentia vt non ſit, quia nõ redditur nobis originalis iuſtitia: ſed tollitur vt nõ imputetur in culpam, quia abſoluimur a debito habendi eam, ex quo debito originale peccatum, culpæ rationem habebat.

Dist. 24. et 29

A

B

Lib. 1. ca. 25.

Cap. VII. in quo determinatur quomodo decet diuinam clementiam infundere animam corporibus maculatis.

C

Sunt nonnulli de ſua intelligentia præſumẽtes, volentes diuina metiri iudicia, dicentes nõ decere diuinam bonitatem, & clementiam, infundere animã corpori maculato. Sed cũ deus ſit ipſa bonitas, & ipſa clementia, quicquid voluntate diuina completur in opere, totum ordinatum & iuſtum eſt penitus iudicandum. Verum quia intellectus humanus neſcit quieſcere niſi dictorum ratio aſſignetur, poſſumus triplici via oſtẽdere quomodo hoc deceat diuinam clementiam, & bonitatem. Sumitur autem hęc triplex ratio ſecundum quod triplex bonum in rebus aſpicimus, videlicet, vniuerſale, ſpeciale, & perſonale. Eſt enim quilibet homo primò quædam perſona in ſe: ſecundo, eſt in ſpecie humana: tertio, eſt pars vniuerſi. Prout ergo eſt pars vniuerſi, refertur ad bonum vniuerſale. Prout vero eſt in ſpecie humana, habet ordinem ad bonum ſpeciale. Sed prout eſt quędam perſona in ſe, eſt in ſe ipſo quoddam perſonale bonum. Prima itaq; via ſumpta ex bono vniuerſali, ſic patet: nam ſpectat ad vniuerſalem cauſam principaliter intendere vniuerſale bonum: vbi ergo nõ impediretur vniuerſale bonum ex aliquo particulari malo, decet principem vniuerſi permittere aliquod particulare malum, ne impediatur

D

vniuerſale bonum. Et quia magnus eſt decor A
vniuerſi ex humana ſpecie, non decet diuinam
bonitatem impedire generationē in ſpecie hu-
mana, quantūcunq; nō poſſit fieri talis genera-
tio niſi infundatur animæ corporibus macula-
tis: quia ſi impediret generationem humanam,
& animæ non infunderentur corporibus, ipſi
vniuerſo tolleretur maxima pulchritudo. Iſtam
Cap. 10. et 11. viam videtur tangere Auguſt. in Enchiridion;
qui vult deum decenter permittere aliquam in-
æqualitatem in rebus, & aliquos defectus in crea-
turis, ne aliquis decor detrahatur ab vniuerſo:
vnde ait, ꝙ ex omnibus conſtat vniuerſitatis
admirabilis pulchritudo. Secunda via ſumitur
ex ipſa ſpecie humana, vel ex ipſa natura huma- B
na, ſiue ex ipſo bono ſpeciali. Nam quia homi-
nes naſcuntur peccatores, deus pater motus cle-
mentia, & pietate, ordinauit vt magnus veniret
medicus, eo, quòd vbiq; magnus iacebat ægro-
tus. Iſte autem magnus medicus eſt Dei filius aſ-
ſumens carnem, per quam aſſumptionem tota
natura humana & omnes homines ſunt quo-
dammodo mirabiliter ſublimati: ita vt poſt filii
dei incarnationem, omnes angeli ſe reputent
conſeruos noſtros: quia licet ante incarnatio-
nem permitterent angeli ſe adorari ab homini-
Dan. 10. bus vt patet in Daniele, qui cecidit in faciem
ſuam, & adorauit angelum loquentem ei: poſt
incarnationē tñ hoc nō eſt permiſſum: nam vt
habetur in Apoc. Ioānes hoc volens facere, eſt p- C
hibitus ab angelo dicente ſibi: Vide ne feceris,
Apo. 19. et 22. cōſeruus.n. tuus ſum, & fratrū tuorū. Quare cū
deus præuiderit hoīem peccaturū, & præuiderit
ſe maculatas aīas maculatis corporibus infun-
dere, qđ præuidendo, ordinauit filium ppriū in
carnē mittere, ex qua incarnatiōe, humana ſpēs
ſit tota ſublimata: patet ꝙ hoc arguit maximā
dei bonitatē, & clementiā, ex qua ſpēs humana
conſecuta eſt tm̄ bonū. Tertia via ſumitur ex bo-
no perſonali. Nam ipſæ pſonæ humanæ conſe
cunt multa bona ex redēptore nr̄o. Nā ex hoc,
ipſis perſonis humanis, fiunt multæ grāe ſpāles.
Hāc aūt viam innuit Greg. cum pctm̄ Adæ pp
Eph. 2 qđ naſcimur natura filii iræ & animæ infundunt
maculatis corporibus, appellat fœlicem culpā di D
In benedictione cerei. cens. O fœlix culpa quæ talē ac tm̄ meruit hēre
redēptorē. Et ſi contingat aliquas perſonas hu
manas non fieri participes hmōi redēptionis, ſ
eſt ex culpa ſua, vel ex culpa parentū: nec pp ſ
humana gñō eſt prætermittenda quin fiat ſm
oēm gentē, & ſm oēm nationem. Sicut nō de-
bet īpediri pluuia quæ fit pp naſcendū frumen-
tum, vel pp alia terræ naſcētia, licet pluat alicu-
bi vbi priuat tali fructu, & licet alicubi pluuia fa
ciat ad deſtructionē frumenti, vt cum frumen-
tum eſt in area congregatū. Bona.n. quæ de ſe
ſunt vniuerſalia, pp particulares defectus, ſunt
Recapitulatio. minime īpedienda. Patefacta ſunt ergo quæ in
proemio dicebantur: nam oſtēſum eſt, quid eſt ori
ginale pctm̄. quia eſt languor naturæ, inquātū
eam inhabilitat ad bonū. Eſt fomes peccati, in-
quātū eā habilitat ad malū. Eſt cōcupiſcētia, quia
nos reddit pronos ad cōcupiſcendū. Eſt lex car
nis vel lex mēbrorū, ꝓ vt membra & carnē facit
rebellē menti & rōni. Eſt tyrānus, quia nos facit
pnos ad ſeruiendū pctō. Secūdo oñdebatur quo
hmōi pctm̄ paruulis imputatur ad pœnā: quia ſi-
cut peccant, ſic ordinatur ad pœnā: non aūt pecca-
uerunt vt ſunt quædam pſonæ in ſe, ſed vt ſunt
quædā mēbra Adæ: ſic puniuntur vt ſunt Adæ
mēbra, non vt ſunt aliquid in ſeipſis. Nam ori-
ginalis iuſtitia qua priuamur per originale pec-
catum, non debebatur paruulis vt ſunt aliqđ in ſe,
ſed vt ab Adā in eos erat hæc iuſtitia trānsfun-
dēda. Rurſus viſio diuina, cuius carentia ponitur
pœna originalis peccati, non debetur hominibus
ſm ſe: ſed eam habuiſſent, ſi in ſua innocētia, &
in originali iuſtitia permāſiſſent. Tertio declara-
tum eſt quō originale pctm̄ habet rōnē culpæ:
cum hoc peccatum ſit carentia iuſtitiæ origina-
lis cum debito habendi eam, ratione qua eſt ca-
rentia non eſt formaliter culpa, ſed ratione de-
biti habendi. & quia tenemur huiuſmodi iuſti-
tiam habere, reputamur culpabiles. Ex quo ap-
paret quòd cum non teneamur eam habere ni-
ſi inquantum ſumus membra Adæ, omnes pec
cauimus in Adam: & per illum hominem pec- Rom. 5.
catum intrauit in mundum, & per peccatum
mors. Quarto oſtenſum eſt, quomodo hæc no-
xa ſubintrat infantes, quia hoc eſt, non prout
ſunt quædam pſonæ in ſe, ſed prout ſunt quæ-
dam membra Adæ protoparentis noſtri. Quin
to oſtendebatur, quomodo talis noxa in baptiſ
mo dimittitur: nam cum oſtenſum ſit eam ha-
bere rationem culpæ, non ratione carentiæ ori
ginalis iuſtitiæ, ſed ex eo quòd tenemur habe-
re eam, in baptiſmo dimittitur hæc noxa, quia
abſoluimur a debito habendi talem iuſtitiam,
vt ex tunc non vlterius nobis imputetur ad pec-
catum, ſi caruerimus ipſa: quoniam (vt per
Auguſt. patuit) tollitur in baptiſmo concupi-
ſcentia, non vt non ſit, ſed vt non imputetur
ad peccatum. Sexto & vltimo declarabatur ꝙ
decebat diuinam clementiam & bonitatem in-
fundere animam corporibus quantūcunq; ma
culatis, & hoc propter triplex bonum, vniuer-
ſale, ſpeciale, & perſonale. Vere ergo domine,
deus tibi ſoli peccamus, & vincis cum iudicaris,
quia tu ſolus in oībus æquus es, & quæ aīalibus
hominibus iniqua videntur, æquiſſima ratione
ſunt à te cōdita. Tu ergo ſolus bonus & pius,
& nos in iniquitatibus cōcepti ſumus, & in pec- Pſal. 50.
catis concepit nos mater noſtra. Sed tu pro tua
pietate miſerere nobis, vt facie ad faciem te vi-
dere poſſimus, qui es benedictus in ſecula ſecu-
lorum, Amen.

FINIS.

co eſſe põt, ſed nõ cũ glorificato, & cur. 9.1. et 14.4.c.
Corpus glorificatũ poteſt per hoſtiam tranſire. 9.3.
Corpus chriſti in hoſtia non definitur in partibus nec in toto 13.4.a
Corporis chriſti partes ſunt in hoſtia mediante toto. c 3.3.c
Corporis chriſti partes ſunt in cœlo vt habent ordinẽ ad totũ & ad locum: in ſacramento autem, ſolum vt habent ordinem ad totum. c 5.3.d
Corpus chriſti in hoſtia non ſimul eſt cum ſubſtantia panis, vt nonnulli exiſtimarunt. 27.2.c
Corpus chriſti non incipit eſſe in altari mediantibus dimenſionibus proprijs. 26.2.d
Corpus chriſti poſt reſurrectionem & ante non eodem modo habet eſſe in hoſtia. 34.3.a
Corpus chriſti verum eſt ſub ſpecie carnis ſicut prius ſub ſpecie panis, cũ in hoſtia miraculoſé apparet chriſtus in imagine Pueri. 14.3.c et 15.1.c
Corpus chriſti viuum & mortuum an ſit idem numero. 36.1.a et col. 3.d
Corruptio poteſt in aliquo dupliciter contingere. 37.4.a
Creatoris poteſtas eſt, vt faciat de creaturis quod ſibi placet. 21.2.a
Creatum omne agit per aliquam virtutem ſuperadditam ſuæ ſubſtantiæ. 10.4
Creaturæ multa non poſſunt, non quia repugnat earum naturæ, ſed quia prohibentur. 10.3
Creatura nulla, ſupernaturalia naturaliter cõprehẽdit. c 0.3
Creaturæ ducunt in cognitionem, quia eſt Deus. 14.1.d.
in Creatura nulla eſt bonitas, niſi ex eo quòd ordinatur ad creatorem. 04.4.d

D

Dæmones an videant corpus chriſti in hoſtia. c 0.0.d
Deus & agens naturale in modo agendi duobus modis differunt. c.2
Deus immediate attingit rem vt eſt quid. 1.2. et c 0.4
Deus eſt ſimul cum qualibet creatura. 9.1
Deus multa prohibet ne fiant. 12.3
Deus non cognoſcitur à creatura quiditatiué. 14.2.a
Deus põt ſine ſacramentis rem ſacramenti efficere. 15.1.d
Deus põt facere, ꝙ aliquid conuertatur in partes materiæ abſq; eo ꝙ aliquid ſit conuerſum in partes quantitatis, & cur. 01.3.a per totum Theor.
Deus & creatura non plus eſt ꝗ deus ſolum. 24.3.c.d
Deus reſpectu creaturæ eſt in triplici gñe cauſæ. 04.3.d
Deus eſt forma exemplaris omniũ rerum, 24.4.b
Deus nullius eſt cauſa in genere cauſæ materialis et formalis inhærentis. 24.4.c
Deus multa nõ põt, & non ex eius impotentia. 05.1.b
Deus ſua virtute poteſt conſeruare accidens in eſſe ſine ſubiecto. 04.3.c
Differentiæ poſitionis non aſſignantur in chriſto exiſtente in hoſtia. 13.3.d
Differentia quód ſecundum rem dicat quid, ſecundum modum quale, vnde ſumptum eſt. 17.1.c
Diffinitio cur terminus appelletur. 2.3
Diffinitio per additamentum. 18.3.b
Dimenſiones panis non ſunt in chriſto tãq; in ſubiecto. 30.2
Dimenſiones panis cõuertuntur in dimẽſiones carnis, cũ chriſtus in forma pueri apparet in hoſtia. 13.3.c et c 5.1.b
Dimenſiones panis in altari ſine ſubiecto exiſtunt. 07.3.d
Dimenſionum in materia omnium generabilium et corruptibiliũ quædã determinatæ, quædã indeterminatæ. 31.2.b
Dimenſiones ſi ſimul cum alijs dimenſionibus exiſtant, non implicat contradictionem. 4.3 et 9.2
Dimenſiones indeterminatæ non ſunt eædem per eſſentiam dimenſionibus determinatis, 31.4.a
Diſcipulis, chriſtus ſuum corpus in cœna paſſibile dedit: ſed ab ipſis impaſſibile ſumebatur. 34.4.d
Diſtinctio relatiuorum ꝙ alia ſecundum eſſe, alia ſecundum dici (qua diſtinctione poſſumus vti in omni prædicamẽto) vnde ſuum ſumit initium. 17.0.b
Diuerſorũ generum et nõ ſubalternatim poſitorũ etc. 16.4.a
Diuiditur res aliter vt continua, aliter vt natura quædã 1 vel aliter ſecundũ materiã, aliter ſecundũ formã. 6.2. et 7.3

E

Effectus ſi eſt proportionatus ducit nos in cognitionem cauſæ, ſi improportionatus, eſſe cauſæ. 14.1.d
Elementa non mouentur ex ſe, & cur. 19.2.c
Eſſe ſacramẽtaliter opponitur ei, qđ eſt eẽ localiter. 15.3.b
Eſſe eſt de quiditate diuinæ naturæ, non autem creaturarũ. 18.3.a
Eſſe ex vi ſacramenti, appellatur id, in quod aliquid eſt conuerſum. 20.4.a
Eſſe, qđ extrahitur de aliquo, eſt aliquo modo in eo. 0 c.1.c
Extenſio per ſe & primo competit quantitati, cum ſit de quiditate eius. 17.3.a et c 8.2.d
Extenſio albedinis non addit naturam aliquã ſupra eſſentiã albedinis, nec in alio trahit albedinẽ prædicamento. c 8.(1.c.d

F

Falſa eſſe probabiliora quibuſdã veris nihil ꝓhibet. 23.1.b
Fides ſecundũ ſe nõ continet impoſſibilia. 1.0. et 0.2
Fides nõ poteſt ratione probari, licet poſſit rõne defendi. ij.4
Figura omnis eſt qualitas in quantitate, vel quantitas in qualitate. 10.1
Forma cur dicitur educi de potentia materiæ. 32.1
Forma & materia non obtinent diuerſum locum. 4.3
Forma comparata ad materiam nunquã mutat rem ſed modum. c 7.1.a
Formæ plures in compoſito eſſe non pñt, & cur. 19.3.c
Formæ aliquo modo ſunt in materia. 21.1.c
Forma reducta in potentiam materiæ non dicitur annihilata. (20.c.b

G

Generatio & corruptio quo pacto ſaluantur in hoſtia conſecrata. 30.3.b
in Generatione totum quomodo mutatur in totum, cum ſub vtroq; eadem materia maneat. 33.4.c

H

Habitus, per actus ab ipſo procedentes, cognoſcitur. 14.1.d
Hoſtia conſecrata ſi frangitur, fractio illa fundatur in aliquo ſuſceptiuo, & cur. 23.3.a
Hoſtiæ conſecratæ fractione, veré frangitur corpus chriſti quod eſt in genere quantitatis. 23.4.c
in Hoſtia conſecrata poteſt ſaluari motus localis. 29.1.d
Alterationes actiuæ & paſſiuæ. 30.1.b Motus augmenti. 30.4.c Generatio & corruptio, 30.3.b

Digitized by Google

I

Idem redire numero cur non poſſit. 1.2

Idem ſecundum rē eſſe pōt in duobus prædicamētis. 16.4.a

Imago non eſt in ſpeculo. 8.4

Imago pueri in ſpecie carnis quandoq; miraculoſe apparet in hoſtia. 14.3 c

Imaginabile nihil eſt, niſi habeat eſſe quantitatiuū ij.4

Intellectus nominat ſimplicem intuitum. 12.1

Intellectus ſeparat partes quantitatis à partibus materiæ, licet naturaliter ſemper ſint. 21.3.a

Intellectus noſter ſolum per effectus intelligit ſubſtantias abſtractas eſſe. 28.4.b (ditutis, 12.2

Intellectus noſter per accidentia deuenit in cognitionem quid

Intelligere humanū eſt cū continuo & tēpore. ij.4. et 12.1

Intelligentia omnis eſt ſubſtantia quæ nō diuiditur. 12.2.d

Intelligentia cum operatur in vna parte vniuerſi, deſinit operari in alia. 13.4.b

Intentiones plures albedinis poſſunt eſſe in eadem parte aeris. 13.4.b et 14.1.a

Intentiones nō ſuſcipiunt numerū à ſubiectis, in quibus ſunt.

Intentionalia repræſentant chriſtum in hoſtia. 12.4 (8.2

L

Lege communi multa ſunt falſa, quæ lege ſpeciali ſunt vera.

Linx animal cur videat poſt montes. 8.4 (15.2.b.c

Linea cū diuiditur, vnus punctus fit duo puncta. 23.4.b

Loco circumſcribi, loca definiri, ad locum determinari quomodo differunt. 3.8

Luminaria plura ſolo numera differentia poſſunt eſſe in eadem parte aeris. 14.1.b

M

Magi Pharaonis cur auxilio Dæmonum facere nō potuerūt minutiſſimas muſcas. 32.3

Mariæ coniugiū fuit cā, ut partus Diabolo celaretur. 19.3

Materia per ſe eſt pura potentia. 31.2.c

Materia prima mediū eſt inter ens & nihil. 18.4.c

Materia ſecundū ſui eēntiā ſubiectū motus eſſe nō pōt. 1.2

Materia ſecundū ſe nō pōt nominari corpus, iō antiqui errauerūt, ponentes eā de nūero corporū. 18.4.a et 20.1.c

Materia, quæ ſecundum rem eſt quid, poteſt habere modum quantitatiuum. 17.1.d

Materia & ſi non habeat partes niſi per quantitatē, aliæ tū ſunt partes materiæ, aliæ quantitatis. 17.3.b

Materiæ extenſionis natura. 18.2.b.c

Materia ꝓpter modū quantitatiuum quem induit abſq; additione alterius eſſentiæ quoddam totum nominari poteſt. 16.2.a et 17.3 a. et 18.2.c et 19.1.c

Materia organizata poteſt dupliciter intelligi, vt includit partes quantitatis, & vt includit ſolas partes materiæ. 17.4.b et 20.1.d (16.1.d

Materia cū forma corporeitatis conſtituit corpus qđ eſt gñs.

Materia eſt tanta per dimenſiones indeterminatas, occupat tantum locum per dimenſiones determinatas. 31.3.a.b

Materia vt eſt ſub forma aīalis pōt dici corpus, non vt informatur alijs formis, et cur. 19.2.a et 20.3.a et 23.1.a

Materia in elementis & in animalibus non differt quoad eſſentiam, ſed quoad modum. 20.2.a

Materia & forma vno modo plus ſunt q̄ materia ſolū, alio modo nequaquā. 21.1.c

Materia ſignata principium eſt indiuiduationis. 24.2.c

Materia poteſt ab omnibus accidentibus abſolui præterquam à quantitate. 22.2.c

Materia non pōt intelligi cum alijs accidentibus, circumſcripta quantitate, ſed e contra. 26.3.c. et 27.2.a

Materia & ſubiectum quomodo inter ſe differunt. 28.2.c

Mathematicus abſtrahit à materia ſenſibili, non imaginabili 27.2.a

Mathematicus pūctus cur dicitur omnino indiuiſibilis. 12.4

Minimum duplex geometricum & naturale. 13.1.c

Modus ſuperadditus naturæ non diuerſificat prædicamentū. 18.2 et 36.2.c

Modus rei facit realem differentiam ab ipſa re, non tū dicit aliam eſſentiam ab eſſentia rei. 18.2.a b

Modus ſuperadditus materiæ realiter reddit materiam magis compoſitam. 18.3.d

Modus quantitatiuus additus materiæ facit differre materiā inanimatorum a materia animatorum, & quō. 20.2.a

Motus natura. 22.3.d

Motus rarefactionis & condenſationis poteſt in aliqua abſq; alia materia, per dimenſiones indeterminatas & determinatas ſaluari. 32.1.

N

Naturaliter aliquid fieri contingit dupliciter. 33.2.c

Natura et quiditas ſunt obiectū intellectus. 28.4.c et 29.1.a

Natura tertia reſultat in ijs quæ per ſe uniuntur. 17.4.a

Natura humana in chriſto vt aduenit Verbo habet quendam modum accidentis. 17.2.a

Naturam ſubſtantiarum abſtractarum, quādiu durat ſtatus præſentis vitæ, ſcire non poſſumus. ij.2

O

Operatio proportionata ſubſtantiæ ducit in cognitionē quid ſit natura rei. ij.2

Opinio Ariſt. ꝙ quicquid mirabile hic inferius agitur, eſt effectus ſupercœleſtis corporis, & non fit immediate ab alia qua ſubſtantia ſeparata. 14.2.a

Opiniones diuerſæ, an chriſtus ſit in re vt apparet, cum in hoſtia ſub ſpecie carnis à ſanctis hoībus cernitur. 14.3.d

Opiniones diuerſæ de dimenſionibus panis, poſtq; panis ſubſtantia conuerſa eſt in corpus chriſti. 27.2.c

Opiniones diuerſæ de generatione vermium ex hoſtia conſecrata. 32.3.c

Ordo formaliter acceptus eſt relatio, materialiter ſunt res ordinatæ. 7.4.

Ordo partiū duplex, in toto, & in loco. 4.1. et 7.3 et 8.1

Ordo partium ad totum et adinuicem ſunt relationes. 7.4

Ordo contrarius ad locum non tollit ordinem partium ad totum. 8.1 (19.3.d

Ordo inter formas duplex, prædicamenti, et dependentiæ.

Organizatio quæ ponitur in definitione Animæ nominat partes materiæ, & cur. 20.2.a

Organizatio & partes materiæ non addunt aliquam eſſentiam ſupra naturam materiæ, ſed ſolum dicunt quendam modum exiſtendi, quem habet materia vt eſt in compoſito. 17.2.c et 22.4.d

P

Panis ſubſtantia ſi conuerteretur in corpus quod eſt altera

pars compoſiti, eſſet conuerſa in ſolam materiã. 16.1.a

Panis ſubſtantiã poteſt deus conuertere in ſolam materiam exiſtentem in chriſto vt habet partes, & quòd nihil ſit conuerſum in quantitatẽ chriſti. 22.1.a et col. 4.c

Panis non annihilatur, cum ex eo fit corpus chriſti. 22.1.d

Panis ſubſtantia cum conuertitur in corpus chriſti, in hac cõuerſione ſola contingit accidentia remanere. 27.2.b

Poſitio dupliciter accipitur, ſecundũ ordinẽ partiũ ad totũ, & ſecundũ ordinẽ partiũ ad locũ. 4.1.et 7.3

Prædicamenta nouem accidentium quomodo diſtinguuntur inter ſe. 26.3.c

Propoſitio quando iudicanda eſt vera. ij.1

Propoſitionem, Diuerſorum generum & non ſubalternatim poſitorum etcæt. Aegidius interpretatur egregiè 16.4.a

Propoſitio, Accidentis eſſe eſt ineſſe, quõ vera ſit 27.4.b

Propoſitio, Chriſto exiſtenti in hoſtia copulari poſſumus dolorem innatum, non illatum, quõ intelligi debeat. 35.1.a

Puer in ſpecie carnis interdum miraculoſe apparet in hoſtia 14.3.c

Punctus duplex mathematicus & perſpectiuus. 12.4.

Q

Qualitas immediatius attingit paſſum q̃ quantitas. 10.1

Quantitas de ſe eſt diuiſibilis. 7.1

Quantitas eſt ratio q̃ res diffiniatur loco. 2.3.

Quantitas immediatius adhæret ſubſtantiæ q̃ cætera accidentia. 10.1.et 27.1 d et 29.4.d

Quantitas ſola eſt ſua extenſio. 18.2.d et 24.2.c

Quantitas vt indiuiduetur ſubiecto non indiget, et cur. 24.2.b. et 32.2.c (et 29.4.d

Quantitas per ſe accepta poteſt eſſe ſubiectũ motus. 24.3.a

Quantitati magis cõmunicatur per ſe eſſe q̃ cæteris accidentibus, & cur. 32.2.b

Quantitas magis ſe tenet ex parte materiæ, qualitas autem ex parte formæ. 26.4.c

Quantitas, per quam materia eſt tanta, non eſt eadem cum quantitate, per quam materia occupat tantũ locũ. 31.3.d

Quantitas ad alia accidentia quatuor differẽtias hẽt. 26.3.b

Quanti rõ nõ dicitur vniuocè de quant. uirtutis, et molis. 2.4.

Quantitas ſola per ſe virtute diuina põt ſine ſubiecto ſubſiſtere. 24.3.c.et 25.2.a et 26.3.b et 27.4.a

Quantitas corporis chriſti eſt ſub ſacramento nõ ex vi ſacramenti, ſed ex naturali concomitantia. 2.1 et 10.1

Quiditas ſemper eſt obiectum intellectus. 29.1.a

Quiditatem ſubſtantiarum, ſeparatarum in præſenti ſtatu ſcire non poſſumus. ij.2

Quiditatis ratio non eſt alia in chriſto vt eſt in hoſtia, & vt eſt in cælo. 14.3.a

R

Ratio importat diſcurſiuam cognitionem. 12.1

Rationibus, quibus ſe fulcire putantur aſſerentes plures formas in compoſito, ſatiſfit. 22.2.c. et col. 3.d

Rationes contra tenentes plures formas in cõpoſito. 23.1.b

Relatio ſecundũ ſuam quiditatem eſt ordo. 7.4

Relatiua ſecundum eſſe, & ſecundum dici. 17.1.b

Res non eſt ſuus modus. 18.2.c

Res vnius prædicamẽti, modũ alterius põt ſuſcipere. 16.3.a

Res quòd ſit hæc vel illa habet a ſua natura & forma. 16.3.d

Res q̃ non determinetur loco dupliciter contingit. 3.2

Res aliter diuiditur vt eſt continua, aliter vt ſubſtantia et natura quædam. 6.2

S

Sacerdos ſi ſacrificaſſet in illo triduo, confeciſſet carnẽ eandem numero, & cur. 36.3.d

Sacerdos ſi in illo triduo ſacrificaſſet, ſub ſpecie vini fuiſſet ſanguis ſine anima & carne: ſub ſpecie panis fuiſſet corpus ſine anima & ſine ſanguine, ſi totus ſanguis chriſti in paſſione fuit ſeparatus a corpore. 38.2.a

in Sacramentis omnibus duo ſunt conſideranda, ſanctificatio materiæ, & vſus ſacramenti. 29.3.c

Sacramenta ſunt medicinæ noſtræ, quæ in vſum noſtrum veniunt. 29.3.b

Senſibile dicitur tripliciter, proprium, cõe, per accidẽs. 9.4

Senſibile nihil eſt niſi habeat eſſe quantitatiuum. ij.4

Senſibile non mouet ſenſum, niſi immediate attingat mediũ, per quod deferatur ſpecies ſenſibilis ad organum viſus. 10.1.et col. 3

Senſitiua cognitio quoad modum cognoſcendi magis imitatur cognitionem angelicam q̃ intellectiua cognitio: ſed ſecundum rem eſt econuerſo. 12.1

Similitudo rei viſibilis ſuſcipitur in toto oculo, & tota in qualibet parte. 8.3

Simplicia non comprehenduntur ab his, quæ ſunt in compoſitione & figura. 14.1.d

Situs dupliciter accipitur, ſecundum ordinem partium ad totum, & ad locum. 4.1.et 7.3

Specierum in oculo multiplicatio quomodo fiat. 8.3

Spiritualia vbicunq; ſunt, ſunt ratione totius. 13.4.a

Spiritualia non habent eſſe ſituale. 14.1.a

Subſtantia de ſe eſt indiuiſibilis. 7.1.et 13.2.d

Subſtantia immediatè non agit in ſenſum. 10.1.et col. 3

Subſtantia ſubſtantiæ contrariatur, & quõ. 21.1 a

Subſtantiæ quartam cõitatem explanat Aegidius. 17.1.c

Subſtantiæ ſeparatæ ſimpliciter intuentur quiditates rerum. 12.2

Subſtantiæ ſeparatæ quid ſint in præſenti ſtatu ſcire non poſſumus. ij.2. et 14.1.c

Subſtantia creata nulla immediate agit. 10.4

Subſtantia ſeparata, Chriſtum in hoſtia intellectu videre poteſt, ſed modum exiſtendi eius non comprehendit. 12.1.

Subſtantia corporis Chriſti eſſe in hoſtia, ſolum fide ſuſcipimus. 12.2.

Subſtantia ſola corporis Chriſti eſt in hoſtia ex vi ſacramenti, ſed ex naturali concomitantia eſt ibi quantitas, anima, diuinitas, etcæt. ij.1.et col. 3.

Subſtantia panis conuertitur in materiam, quæ eſt in Chriſto, 22.1.d et col. 4.c

Subiectum indiuiduatur per quantitatem. 24 2.d

Subiectum quinq; modis facit ad eſſe accidentis. 25.2.a et col. 3.et 4.

Succeſſiuorum natura conſiſtit in ordine partium. 23.3.b

Superficies eſt proprium & immediatum ſubiectum coloris. 13.1.b

T

Totum duplex quantitatiuum, & eſſentiale. 5.3

V

Verba conſecrationis Eu:bariſtiæ exponuntur. 29. 2.d et col. 4.per totum.
Viatores Chriſtum in boſtia nec ſenſu, nec intellectu videre poſſunt.ij. 2
Vinum quomodo tranſubſtantiatur in ſanguinem Chriſti. 35.1.d
Virtus diuina non eſt alligata ſacramentis. 15.1.d
Viſio non eſt in re viſa, ſed in uidente.ij.2
Viſio ſit per modū pyramidis, cuius baſis eſt quantitas.9.4
Vniuerſale à particulari in tribus diſtat.24.1.d

Alter index, quò Quæſtiones ad philoſophiam pertinentes, inuenire quis facilimè queat.

Vtrum, Accidentia per ſua ſubiecta indiuiduationem ſuſcipiant, Theor.35.et 36.
Vtrum, Accidentis eſſe ſit ineſſe. In Theor.40.
Vtrum, Accidens poſſit intelligi non intellecto ſubiecto. Theor.41.
Vtrum, Accidentia poſſint immutare materiam ad generationem ſubſtantiæ. In Theorem.48.
Vtrum, Accidentium poſſibilis ſit mixtio. Theor.49.
Vtrum, Corpus unum & idem numero poſſit eſſe in diuerſis locis. In Theor.3.
Vtrum, Corpus quodlibet determinetur ad locum. Theor.5
Vtrum, Corpus mortuum & viuum ſit idem corpus numero. In Theor.47
Vtrum, Deus ſit cauſa creaturarum in omnibus generibus cauſarum. Theor.37
Vtrum, Dimenſiones unius corporis poſſint eſſe ſimul cum dimenſionibus alterius corporis. Theor.7.et 8.et 14.
Vtrum, Dimenſiones indeterminatæ ſint eædem per eſſentiam cum dimenſionibus determinatis. In Theor.44
Vtrum, Entia naturalia ſint determinata ad minimum. In Theor.ij.et 20.
Vtrum, Formæ plures dentur in compoſito. In Theor.31.34.et 47.
Vtrum, Materiæ partes poſſint intelligi, non intellectis partibus quantitatis. Theor.33
Vtrum, Subiectum ſit cauſa accidentis. In Theor.38.

Errata, quæ, in colligendo indice, obuia fuerunt.

Pa.	col.	lin.		
7.	1	54	pp.deſcenſum	pp deſcenſum
7.	4	8	ligaret, tales	ligaret tales
10.	3	48	adere	addere
12.	2	5	oppoſita, oculis noſtris	oppoſita oculis noſtris
12.	2	57	demones	Dæmones
15.	2	54	conſecrationem, hoſtiæ	conſecrationem hoſtiæ
19.	4	46	furma	forma
36.	1	31	ſuit	fuit
31.	1	42	priuationieni et ſo rmæ.Non m	priuationi et formæ.Non enim
			Hoc erratum in compluribus libris emendatum inuenies: in imprimendo n. illud contigit.	
21.	2	25	in margine delendum eſt, † vel	

FVNDATISSIMI, AC PRAE
clariſſimi doctoris. D. AEgidij Colũnæ Romani, † Biturice͂ſis Archiepiſcopi, Ordinis fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini, Theoremata de corpore Chriſti,

† Bitnrigenſis

A' fratre Ioſepho veronenſi emendata et illuſtrata.

QVIA INTER cętera
eccleſię ſacramenta Eu
chariſtię ſacramentum
plus difficultatis conti-
nere videtur : & quæ
omnino ſenſui repu-
gnare, & contradicere
rationi in prædicto ſa-
cramẽto includi viden
tur: ne incredulis præſtetur occaſio contradi-
cere catholicis ſacramentis, dicendo ꝙ fides no
ſtra contineat repugnantia rationi. q̃ fas eſt: do
mino concedente, quæ in eo ſm ſuperficiem vi
ſa contradictionem implicare cernuntur, decla
rabimus: oſtendentes ꝙ nihil impoſſibilitatis ſa
cramentum prę habitum cõtinet. Nõ eſt enim,
ꝙ fidem probare non poſſimus, ex repugnãtia
veritatis: ſed quia quę continet ſupra rationem
ſunt, & ad ea probanda ratio non attingit: & ſi
propter ſui excellentiam rationes deficiunt cõ-
probantes, multo magis deficiunt improbãtes.
Quicquid ergo contra fidem poteſt per homi-
nem rõne concludi, pọt ab hoíe rõne diſſolui.
Hanc ergo firmã tenentes fiduciã, aggrediemur
qđ diximus tractatum præſentẽ, prout rei con
gruẽtia poſtulat, p Theoremata diſtinguẽtes.

Theorema primum.

PRIMVM principiũ qđ
eſt deus ſummus omnipo
tens, poteſt conuertere ali
quid in aliud actu præexi
ſtens, quia immediate attingit mate-
riam vt eſt quid, & poteſt agere præter
trãſmutationem & motum. igitur vir-
tute eius in corpus chriſti cõuerti po-
terit panis ſubſtantia, non obſtante
quod tale corpus dictæ conuerſioni
actualiter præextiterit.

Comment. Theorematis.

PONIT fides Catholica, quod virtute
verborum, quæ chriſtus tradidit, quãdo di-
cta verba cum intentione conficiendi a ſacerdo
te dicuntur, ſubſtantia panis in verum corpus — Aeg. quodl. 1. q. 4.
chriſti conuertitur, in illud quod formatum eſt
ex ſanguinibus virginis, quod de virgine traxit,
quod in cruce pependit, quod fuit pro redem-
ptione totius generis humani immolatum. Ex
quo præſtatur occaſio, vt hi, qui virtutem diui-
nam ſecundum naturæ potentiam metiri conã
tur, dicant fidem ſecundum ſe impoſſibilia con
tinere. Sic enim in conuerſionibus ſingulis ocu
lata fide conſpicimus, ꝙ nihil cõuertitur in ali-
quid pręexiſtens. Si enim ex aqua fit ignis, ignis
qui ex aqua producitur, nunquam actu prius
fuit. Semper enim in omni tranſmutatione, qđ
eſt potẽtia tale, fit actu tale. Cum igitur corpus
Xp̃i actu pręexiſtat, in illud idẽ numero nihil
videtur poſſe conuerti. Vt ergo iſta repugnan
tia tollatur de medio, oſtendemus ꝙ in rẽ actu
præexiſtentem, poteſt deus aliquid conuertere.
Ad cuius euidentiam aduertendum: ꝙ inter — *Differũt deus & agens naturale.*
agens naturale & deum, quantũ ad præſens, du
plex eſt differentia. Prima eſt ꝙ naturale agẽs
agit per motum & traſmutationem; Deus autẽ — *Aeg. 2. ſent. d. 1. q. 2. ar. 4.*
poteſt res, ſine motu & tranſmutatione præce-
dente, in eſſe producere. Nam cum omne agẽs
per naturam agat vt inſtrumẽtum eius qui agit
per intellectũ, cum de ratione inſtrumenti ſit, ꝙ
agat motum: quicquid ab agẽte naturali in eſſe
producitur, mediante motu & tranſmutatione
ſumit originem: propter qđ ſectando modum
agentis naturalis, veritatem habet qđ ſcribitur
8. phyſicorũ: Quicquid eſt in aliqua diſpoſitio- — *T. cõ. 7.*
ne, in qua prius non erat, eſt per præcedentem
motum. Deus autẽ qui eſt principale agens nõ
agens ut inſtrumentum, neq; agens motum: po
teſt ſine tranſmutatione præcedente res in eſſe
producere. Ex iſta differentia ſequitur ſecun
da, videlicet ꝙ naturale agens, prout res produ
cit in eſſe ex materia aliqua, prius attingit eam
vt eſt quanta, q̃ vt eſt quid. Nam cum materia
ſm ſui eſſentiam, vt eſt omnino potentia, ſubie-
ctum motus eſſe non poſſit, vt probat Commẽ — *Com. 8.*
tator. 5. phyſicorum: & vt etiam poteſt haberi
ex dictis phi. 6. phyſicorum, vbi ſcribitur: ꝙ nul — *T. c. 32.*
lum impartibile mouetur. Quod ergo de natu
ra ſua non habet agere, niſi per tranſmutationẽ
& motum, immediate materiam vt eſt quid, pute
motui ſubiecta eſſe non poteſt, nullatenus attin
get. Deus autem, qui omnes eſſentias conſeruat
in eſſe, qui eſt quodãmodo rei intimior q̃ ipſa
ſibi, non prę ſupponens in actione ſua tranſmu
tationem & motum, etiam prout res producit
in eſſe ex aliqua materia, eam non ſolum vt eſt
quãta, ſed etiam vt eſt quid immediate attingit.
Ex his duabus differẽtiis dicere poſſumus, Deũ
duo poſſe, quæ naturale agens nullatenus po
teſt. Primum eſt: quod poſtq̃ forma ceſſit in po
tentiam materię, agens naturale ex eadem ma-
teria illam eandem formam numero nõ poteſt
producere: quæ eſt cauſa ꝙ res corrupta nõ re
dit eadem numero: Nam ꝙ aliquid non redeat
idem numero ſi ſuum eſſe interrumpatur & diſ
continuetur, poteſt eſſe duplex cauſa. Prima ſu
mitur ex ipſo producto. Secũda ex modo pro-
ducendi. Propter primum nihil ſucceſſiuorum
ſi diſcontinuetur, redit idem numero: propter
quod, ſi motus diſcontinuaretur & ceſſaret, nul
lum agens eſſet illius potentię, qđ facere poſſet

motum redire eundem numero: quia de ratio-
ne vnitatis numeralis motus eſt cõtinuitas: pro-
pter quem motum interciſum redire eundẽ nu
mero eſt ponere oppoſitum in obiecto. Pro-
pter ſecundum, forma cedens in potentiam ma
teriæ, ſi poſtea de eadem educatur per motum,
eadem numero non redibit: non ꝙ hoc repu-
gnet ipſi producto, quia non eſt de vnitate nũ
merali rerum permanentium continuatio. Vn-
de non propter hoc ꝙ formæ eſſe interciditur,
forma non redit eadẽ numero: ſed propter mo
dum producendi, quia poſitum eſt ipſam pro-
duci per motum: & quia motus interciſus non
redit idem numero, forma ſic educta eadem nu
mero redire non poterit: propter quod loquẽ-
do de agente naturali, quod per motum & trãſ
mutationem producit, verum eſt quod ſcribit
in fine ſecundi de generatione. Quorum ſub-
T.c.70. ſtantia deperit, nõ redeunt eadẽ numero. Deus
autem qui per motum & tranſmutationem nõ
neceſſario agit, de eadem materia rem corruptã
poteſt eandẽ numero reſtaurare, vt forma, quę
in materiæ potentiam ceſſit, eadem numero in
materiam inducatur. Nam cum hoc non re-
pugnet ipſi producto, quia non eſt de vnitate
numerali rei permanentis cõtinuatio ipſius eſſe,
nec repugnat modo producendi, quia poteſt
deus non mediante motu producere, põt deus
facere vt ea, quorum ſubſtantia periit, redeant
eadem numero. Vnde ſi ex igne fiat aqua, po-
teſt deus ex aqua generata illum eundẽ ignem
numero, cuius ſubſtãtia periit, pducere. Verũ
quia adhuc non habemus, quomodo aliquid
poteſt conuerti in aliud præexiſtens diuina vir
tute, cum ignis corruptus, qui poſtmodum idẽ
numero ex aqua producitur, ſuę productioni
non actu præexiſtat, vt hoc declaretur, ſecũda
dr̃ia, quæ dicebat̃ inter naturale agẽs & diuinũ
eſſe, diligenter eſt cõſideranda, videlicet deum
immediate materiam attingere, vt eſt quid, natu
rale vero agens ſolum vt eſt quanta. Ex qua
differentia ſequitur, ꝙ ſi deus ex eadem materia
poteſt formam quæ in potentia materiæ ceſſit
eandem numero producere, ꝙ poſſit manente
aliqua forma in aliqua materia illam eãdem de
alia materia educere, vt manente forma aquæ
in ſui materia poteſt deus illam eandem formã
numero educere de materia ignis: quod ſi fie-
ret, quia ad eandem formam numero, ſequitur
eadem materia numero, aqua ſic producta ex
igne eſſet eadem numero cum aqua præexiſten
te, propter qđ ſequeretur ignem eſſe conuer-
ſum in aliquid pręexiſtens, quia in aquam. Ex
quo vlterius ſequitur, deum poſſe vnam mate-
riam conuertere in aliam materiam, cum poſſit
facere materiam aliquam informari eadem for-
ma numero, qua alia informatur. Non enim dif
fert materia a materia ſecundũ ſe, cum actus ſit
qui diſtinguit, ſed ſolum ratione formæ. Eſt. n.
per ſe loquẽdo, vna materia omnium habentiũ
eam, vt ſcribitur primo de generatione. Quod T.c.1.
autem deus poſſit vnam materiam in aliam cõ-
uertere, ſiue poſſit facere aliquã materiã ſubeſſe
eidem formæ numero, cui alia ſubeſt, ſic oſtẽdi
poteſt, quia materia a materia non differt vt eſt
quid & ſm eſſentiam conſiderata, quia ſic acce
pta impartibilis eſt, & ab alia materia differre
non poteſt, quia nec alia eſſe poſſet: ſed prout
materia ſub quantitate ſtat, quia extenditur extẽ
ſione cõtinui, eſt accipere in ea diuerſas partes,
& in diuerſis partibus materię poſſunt induci di
uerſę formę, propter qđ materia a materia dif-
fert. Agens ergo naturale, quia ſolum ĩmediate
attingit materiam vt eſt quanta ſolũ immediate
attingit hanc materiam, vt ab omni alia materia
differt, & quia ab aliquibus vt ſunt differentia,
ſolum differentia poſſunt educi, non poteſt na
turale agens facere, ꝙ illa eadem forma nume-
ro perficiat hãc materiam, quę perficit aliã, pro-
pter qđ non poteſt vnam materiã in aliam con
uertere. Deus autẽ qui immediate attingit mate
riam vt eſt quid, cum materia ſic accepta ab alia
materia non differat, quãcũq; formam numero
poteſt inducere in materiam vnam, poteſt etiã
inducere in aliam. Et quia (vt eſt habitũ per pri
mam differẽtiam) inter agens naturale & deum
hoc intereſt, quia deus poteſt illam eandem for
mam numero, quę ceſſit in potentiã materię, de
materia educere, vt ſi materia aquę ſua forma
priuaretur, eandẽ numero formã in illam mate
riam reſtauraret. Et quia quãcũq; formam nu-
mero poteſt inducere in materiam aquę, poteſt
& in materiam aliam vt in materiã ignis. Sicut ſi
materia aquæ ſua forma priuaret̃, facere poſſet
ꝙ denuo eadẽ forma numero pficeret̃; ſic face
re poteſt ꝙ materia ſub forma ignis exiſtens pri
uata forma aquæ, eadem numero perficiat̃, qua
perficitur hæc materia aquæ: propter qđ face-
re poteſt, ꝙ hæc materia ignis fiat hæc materia
aquę, & ꝙ hic totus ignis conuertatur in hanc
totam aquã. Non eſt ergo inconueniens virtu-
te diuina, ꝙ ſm ordinem prætaxatũ, vel etiam
ſecũdum alium ordinem, aliqua res cõuertatur
in aliquid præexiſtens, vt ꝙ hic ignis fiat hæc
aqua, vel hæc materia illa materia. Igitur ſacra
mentum euchariſtiæ, ſm ꝙ ponimus hanc ſub
ſtantiam panis conuerti in hoc corpus chriſti,
ex parte conuerſionis ĩprobare non poſſumus:
ꝙ autem ex parte alia improbari non poſſit in
ſequentibus apparebit, vbi ſpecialiter oſtendet̃
quõ ſubſtantia panis conuertatur in ſubſtantiã
corporis chriſti: quia hic ſolum vniuerſaliter
eſt oſtenſum ꝙ deus poteſt conuertere aliquid
in aliud præexiſtens.

Propoſitio. II.

CV M res conuertitur in ali
quid preæxiſtẽs, nõ eſt poſ
ſibile, quãtum inquantum
conuerti, ſed quid in quid.

Ex quo apparet quantitatem corporis Chriſti eſſe ſub ſacramento ex natura rali concomitantia, & non ex vi ſacr̃i.

Declaratio.

Cogimur ſi conſiderentur prædicta ponere,
quod cum res cõuertitur in aliquid præexiſtẽs,
ꝙ ſolum conuertatur quid in quid, nõ quantũ
in quãtũ. Dicebatur .n. ꝙ quia naturale agẽs at
tingit materiam ſolum immediate vt eſt quanta
non vt eſt quid, ideo eandem formã numero
educere non poteſt de vna materia, quã educe-
bat ex alia, quia ab aliquibus vt ſunt diuerſa, ſo
lum diuerſa produci poſſunt. Et quia ꝓpter di-
uerſas partes quãtitatiuas, eſt diuerſitas in mate-
ria: educere aliquid de materiis vt ſub quantita-
te exiſtunt, eſt educere ex eis, vt diuerſitatem ha
bent adinuicem: propter quod dicebatur, na
turale agens nõ poteſt educere eandem formã
numero ex vna materia quã educit ex alia, nec
põteſt vnã materiã in aliam cõuertere. Nã ſicut
quia albedines ſolũ diſtinguuntur ex ſubiectis
vel ſubſtãtiis in qbus ſunt, & ſi albedo eſſet ſepa
rata, eſſet vna albedo numero, & in vna ſupfi-
cie vna exiſtit albedo: qui poſſet vnam ſuperfi-
ciem cõuertere in aliã, vnam albedinem in aliã
conuerteret, ſi vtraqꝫ illarum ſuperficierum al-
bedini eſſet ſubiecta, cum in eadem ſuperficie
duæ albedines numero differentes eſſe nõ poſ-
ſint. Sic etiam quia materię diſtinguuntur per
formas, qui eſſet illius potentię, ꝙ facere poſſet
hanc materiam eidem formę eſſe ſubiectam cui
altera ſubiicitur, hanc materiam in illã conuer-
teret. Et quia hoc poteſt deus, eo ꝙ immediate
attingit materiam etiã vt eſt quid, ſecundum ꝙ
vna materia ab alia non diſtinguitur, ſm iſtum
modum ordinis quẽ videmus, talis conuerſio
ſolum exerceri poterit, vt conuertatur quid in
quid, non quantum in quantũ. Nam ſi ſm quã
titatem attenderetur cõuerſio, cum ſm hoc ma
teria quantũ ad ſuas partes diuerſificetur, ꝓpter
quod in diuerſis partibus materiæ introducun-
tur diuerſæ formæ; ſic de conuerſione loquen-
do, nunquã hæc materia eidem formæ nume-
ro poterit eſſe ſubiecta cui ſubiicitur alia: & quia
in conuerſione, quæ eſſe habet in hoc ſacramẽ
to conuertitur ſubſtantia panis in aliquid pre-
exiſtens, & materia panis efficitur materia cor-
poris chriſti, non eſt poſſibile quantitatem pa-
nis conuerti in quãtitatem corporis chriſti, ſed
ſubſtantiam panis in ſubſtantiam corporis. Eſt
etiam hoc idem ratione aliter videre. Nam ſi
conuertitur res in aliquid præexiſtens, vtputa
hæc aqua in hunc ignem actu preexiſtentem,
ſi non ſolum ſubſtantia conuerteretur in ſub-
ſtantiam, ſed quantitas in quantitatẽ, eſſet ignis
in quem facta eſt conuerſio ſm dimenſiones ꝓ
prias, vbi exiſtit aqua: & ſic, cum panis in corpus
chriſti conuertitur, eſſet localiter & ſm dimen-
ſiones ꝓprias corpus chriſti in altari, vbi prius
exiſtebat panis ſubſtantia. Cum ergo ex alio &
alio loco ſumatur alia & alia indiuiduatio: ſi po
neretur corpus chriſti eſſe in altari ſcd̃m dimẽ-
ſiones proprias, quia ibi eſſet vt in loco, nõ eſſet
idem corpus numero, nec idem indiuiduũ cor-
pus chriſti, qđ eſt in cęlo & quod eſt in altari.
Non ergo, loquendo de cõuerſione vt ad pro-
poſitum ſpectat, eſt poſſibile quantum in quan
tum cõuerti, ſed quid in quid. Et quia non eſt
ibi ex vi ſacramenti, niſi illud in quod aliqd eſt
conuerſum, quia ſolum ſubſtantia panis con-
uertitur in ſubſtãtiam corporis, non quantitas
in quantitatem, quantitas corporis chriſti ex vi
ſacramenti in hmõi ſacramento eſſe non pote-
rit: verum, quia non eſt dare ſubſtantiam ſine ꝓ
pria quantitate, ex naturali concomitantia quã
titas corporis chriſti ſub ſacramento exiſtet, cũ
ſit ibi ſubſtãtia corporis chriſti, ad quã habet or
dinem naturalem, quod declarare volebamus.

Propoſitio. III.

CORPVS chriſti ſub ſpe
ciebus hoſtiæ vt eſt in ſa-
cramento altaris diffiniri
non poteſt localiter, ſed
ſubſtantialiter.

Aperitio.

Arguunt rationis ignari: Fidem impoſſibilia
ponere. Nam cum ſm fidem catholicam, pona
mus verum corpus chriſti, quod extraxit de vir
gine, eſſe ſub ſpeciebus panis in ſacramento al-
taris, cum vnum & idem corpus numero in di-
uerſis locis numero ſimul eſſe non poſſit, cum
dictum corpus eſt in vno altari, nõ erit in alio,
& cum eſt in cęlo in altari eſſe non poterit. Ad
hanc autem rõnem ſoluendam dixerunt aliqui,
corpus chriſti eſſe in cęlo ſm dimenſiones pro
prias, eſſe autẽ in altari ſm dimenſiones panis,
& ita quaſi per accidens. Et quia non eſt incon
ueniens idem in diuerſis locis eſſe per accidens,
ſed per ſe, ſic in diuerſis locis ponere corpus
chriſti, vt fides ponit, nihil incõueniens accidit.
Hi autem licet incidant in aliquam veritatem,
difficultatẽ tamẽ non remouent. Poneret enim
aliquis & per ſe & per accidens impoſſibile eſſe
idẽ in diuerſis locis exiſtere. Oportet ergo dare
modum, & huiuſmodi per accidens rationem
aſſignare: quare corpus chriſti ſub ſpeciebus
illis non diffinitur, ſed ſimul cum in cęlo eſt
ſub altari eſt, & cum eſt in vno altari etiã in alio
eſſe poteſt: immo, quod plus eſt, ſequi videt̃ cor
pus chriſti poſſe eſſe vbiqꝫ. quia ſi totum vniuer
ſum occuparet ſubſtantia panis, & tota illa ſub
ſtantia in corpus chriſti cõuerteretur, huiuſmo
di corpus vbiqꝫ eſſet. Nec valeret, ſiquis diceret
poſitionẽ hanc impoſſibilem eſſe, quia vbi eſſet
ſacerdos cuius eſt verba proferre, per quę fit ta
lis cõuerſio, ibi panis eſſe non poſſet, quia ſi po
teſt deus ſine ſacramẽto efficere rem ſacramẽti,

abſq; ſacerdote poſſet talẽ conuerſionẽ efficere; poſſet enim deus totũ vniuerſum annihilare & tantam quantitatẽ panis producere, quanta eſt quantitas vniuerſi vel etiã maiorẽ. Et qa qua ratione poteſt hanc particulã panis conuertere in corpus chriſti, etiam quãlibet, & ſic poterit chriſti corpus vbiq; eſſe, quod eſſe videt̃ contra rationem cuiuſlibet creaturæ. Propter hoc aduertẽdum eſt ꝙ aliquid diffinire eſt idẽ quod finire ſiue determinare, ꝓpter qđ philoſophus.
T.c.22. 5. metaphy. diffinitionẽ appellat terminũ, quia in ea ponunt̃ rei principia, inter quæ, velut inter proprios terminos & iter proprios fines, res diffinita concluditur: hmõi autẽ diffinitio vel finitio, quę rei cõpetit, nõ ſemper eſt vniformis. Nam aliter competit diffinitio rei, vt eſt ſubſtantia, aliter, vt eſt quanta. Nam vt eſt ſubſtantia diffinitur quelibet res creata ſiue ſit corporalis ſiue ſpiritualis, quia terminatur ad certũ genus, & ad certam ſpeciem, & ad certum indiuiduatiõis modum. Solus autẽ deus, qui eſt ſubſtantię infinite, generis rationem neſcit. Ita ꝙ nec per ſe nec per reductionem determinatur ad genus, & multo minus determinatur ad ſpeciẽ, vel ad hoc aliquid, quia hmõi determinatio in generis determinatione cõcluditur. Prout autẽ res eſt quanta, ſi per hmõi quantitatẽ comparatur ad alia, ſic competit ei determinatio loci. Nõ.n. diffinitur res creata hoc loco vel illo rõne ſubſtantiæ, quia ſubſtantiæ finitas per comparationem ad locum non ſumitur: vnde, quia ſubſtantiæ vt ſubſtantia non debetur locus, finitas per comparationẽ ad locum eſt ratione quãtitatis. Secundũ ergo ꝙ rei competit alia & alia quãtitas finita, ſi per eam comparatur ad locum, ſic & loco diffinitur, vt quę habent quãtitatẽ dimẽſiuam diffiniũtur loco per cõmenſurationem, vt quia cõmenſurat ſe ita iſti loco, ꝙ non alii: quæ vero quantitatem virtualem habẽt, diffiniuntur per operationẽ: ideo cum angeli operantur in terra, deſinunt operari in cęlo. Si ergo aliquid eſſet alicubi solũ ratione ſubſtantiæ, quantitas aũt eius ibi exiſteret propter naturalẽ ordinẽ quem ad ſubſtantiã haberet, illi rei competeret finitas, quæ ſequitur naturam ſubſtãtię, nõ autem finitas quæ ſequitur naturã quãtitatis, prout per quãtitatẽ res ad alia cõparatur: ꝓpter quod quia ex vi ſacramenti corpus chriſti eſt in altari, ratione ſubſtantiæ, & per quantitatẽ ibi nõ comparat̃ ad alia, quia finitas ſubſtantiæ nõ circũcernit determinationem ſitus; ſed determinationem generis & ſpeciei, ſufficit corpus xp̃i prout in altari ſcḋm fidem noſtram ponit̃, determinari ad illud genus, & ad illam ſpeciem & ad illum indiuiduationis modũ, ad quẽ determinatur vt eſt in cęlo: nõ tamen oportet determinari ad illum ſitum, cum talis finitas competat quãtitati prout per eam res comparatur ad locum. Ex quo apparet ꝙ illius per accidens, cuius cauſa quęrebatur aſſignata eſt ratio. Vlterius etiã ex hoc innoteſcit corpus chriſti vt eſt in cęlo, non poſſe eſſe alibi, niſi inde recederet. Attamẽ prout eſt in vno altari, poteſt eſſe & in alio, cum ibi non ſit prout ei competit finitas ſitus, ſed finitas ſpeciei: ꝓpter quod & ſi totũ vniuerſum eſſet panis, nihil inconueniens eſſet corpus xp̃i ſcḋm hũc modum vbiq; exiſtere. Diffinitur ergo angelus loco, quia per quantitatem ſuam eſt in loco ſubſtantia ſua, ſecundũ quã quantitatẽ ei competit operari, nõ eſt autem ibi quantitas mediante ſubſtantia. Et quia finitę quantitati cõpetit finita operatio, oportet ſpiritualem ſubſtantiam prout ei competit eſſe in loco, loco diffiniri: chriſtus autem vt eſt in altari, quia ibi eſt per ſe & primo mediante ſubſtantia, ad quã ſcḋm ſe finitas ſitus ęquiuoce comparatur, ſic exiſtens ibi per ſe loquendo diffiniri nõ poterit.

Propoſitio. IIII.

QVOD corpus chriſti in ſacramento altaris circũſcriptiue eſſe non poteſt.

Declaratio.

¶ Sunt autem qui imaginationem tranſcendere non valentes, cum audiunt verũ corpus chriſti eſſe ſub ſpeciebus panis credunt chriſti corpus dimenſionibus panis cõmenſurari, vt in ſuprema parte hoſtię ſit caput, & in inferiori pedes, ꝙ ſi verba pręhabita recte & bñ intelligant̃, hmõi intelligentia fieri nõ põt. Nã ꝙ aliquid alicubi circũſcriptiue exiſtat, hoc eſt qa quãtitas locati ſiue illud, qđ per locatũ in loco exiſtit, vniuoce cõparat̃ ad q̃titatẽ loci & ad locatũ ip̃m: & iõ corpora exiſtẽtia in loco ꝑ quantitatẽ propriã circũſcriptiue in loco exiſtunt, eo ꝙ rõ quãti vniuoce dr̃ de corpore locati & locantis. Sed ſi ſubſtantia ſeparata & angelus operaret̃ circa aliquod corpus, & in eo ſcḋm ſuam virtutem exiſteret, non circũſcriberetur ibidem, ita ꝙ pars eſſet in parte, & totus in toto, eo ꝙ ratio quanti non dicitur vniuoce de quantitate virtutis & de quantitate molis. Et quia non ſunt cõmenſurabilia, niſi quæ vniuoce comparantur adinuicem, cum cõmenſuratio comparationem importet, quæ ſolum inter vniuoca eſſe poteſt, vt probatur. 7. phyſicorum, virtus angeli quantita T.c.29.
ti corporis cõmenſurari non poterit, loquendo de cõmenſuratione prout hic loquimur. Nam eſſe non poterit ꝙ vna pars virtutis angelicę ſit in vna parte corporis, & alia in alia, propter quod nec angelus circũſcribetur ibidem. Si igitur angelus non circũſcribitur loco, quia ratio magnitudinis non vniuoce dicitur de quãtitate virtutis ſcḋm quã angelus in loco exiſtit, & de quantitate corporis circa quã operando angelus in corpore eſſe dicit̃: multominus corpus chriſti, vt eſt in ſacramento altaris, circũſcriptiue eſſe poterit. Habitum eſt enim ſubſtantiã corporis chriſti non eſſe ſub hoc ſacramento mediante quantitate, ſed quantitatem mediante ſubſtantia.

ſubſtantia. Extendendo ergo nomen magnitudinis ad ipſam rationem ſubſtantiæ, [illegible] ſicut in ipſa ſubſtantia ſm ſe ſumpta rõnem [illegible]itatis vel infinitatis ponimus, ſic & magnitudinem ibi eſſe ponamus. Inueniemus magis ęquiuoce magnitudinẽ dici de magnitudine molis reſpectu magnitudinis ſubſtantialis, q̃ reſpectu magnitudinis virtualis. Nam cũ ratione finitatis vel infinitatis magnitudinẽ ponamus in rebus, cum magis ęquiuoce dicatur finitas vel infinitas de magnitudine molis reſpectu ſubſtãtię, q̃ reſpectu quantitatis virtualis, & magnitudo etiam magis de eis dicetur ęquiuoce. Dicitur enim magnitudo molis finita, quia occupat determinatum locum, vel quia clauditur inter determinata puncta vel determinatos terminos: infinita autem, quæ clauſionem terminorum neſcit. Sic & quãtitas virtualis finita dicit̃, quia poteſt in determinatum obiectũ, vltra quod virtus illa ſe non poteſt extendere. In ſubſtantia vero reperitur finitas ſolum ex eo quod determinat̃ ad genus & ad ſpeciem. Ex quo apparet, ꝙ licet ratio finitatis de omnibus his tribus dicatur æquiuoce, q̃a non reperitur in eis magnitudo vnius rationis, potiſſime tamẽ ratio æquiuocationis accipiet̃ ex eo ꝙ quantitas molis ad ſubſtantiã comparatur, vbi ſolum ratio finitatis accipitur, ex eo ꝙ ad genus vel ad ſpeciem determinatur. Si igitur angelus non circũſcribitur loco, quia per virtutem ſuam ibi eſſe dicitur, cui æquiuoce competit ratio quãtitatis: multo magis corpus chriſti, vt eſt ſub ſacramento altaris, circũſcribi non poterit, cum ibi per ſe & primo, ſit ſolum mediante ſubſtantia: & finitas & magnitudo magis repeviatur æquiuoce in ſubſtantia & quantitate dimenſiua, q̃ reſpectu quantitatis virtutis.

Propoſitio. V.

QVod corpus chriſti, vt eſt ſub ſacramento altaris, aliquo modo determinatur ad locum, ſed non circumſcribatur, nec diffiniatur ibidem.

Aperitio.

¶ Crederet forte aliquis eo ꝙ ex ſuperioribus eſt oſtenſum, corpus chriſti ſub ſacramento altaris diffiniri non poſſe, ſed ſimul in diuerſis altaribus eſſe, nec etiã circũſcribi vt quod corpus chriſti ſe cõmenſuret dimenſionibus hoſtię, qđ ex hoc ſequeret̃ nullo modo corpus chriſti determinari ad locum, prout ponitur eſſe ſub ſacramento, quæ poſitio ſtare non poteſt. Quia ſi nullo modo determinaretur ad locũ corpus chriſti, vt eſt in altari, ſic acceptũ, nec per ſe nec per accidens moueret̃. Cum igitur poſt cõſecrationem hoſtię, veriſſime ſit corpus chriſti in altari, licet non mediantibus dimenſionibus propriis, ſed mediantibus dimenſionibus panis, & deſinat corpus chriſti in altari eſſe, ſi hoſtia cõſecrata inde tolleret̃, oporteret nos dicere corpus chriſti ſic acceptum aliqualiter determinari ad locum, cum nullo modo motus localis competat rei, quæ nullo modo determinatur ad locum. Huiuſmodi autẽ veritas ſic declarari põt. Nam ꝙ res non determinetur ad locũ, duplici de cauſa, quantum ad pręſens ſpectat, põt contingere. Primo ſi magnitudo illa, per quam cõpetit ei eſſe in loco, eſt infinita. Et quia infinitę magnitudini non debetur determinatus locus, res, quæ ſic comparatur ad locum, loco determinari non poteſt. Secundo, hoc contingit, ſi hmõi magnitudo realiter non differt a ſubſtantia rei. Nam cum ſubſtantiæ ſm ꝙ huiuſmodi non debeatur determinatus locus, eo ꝙ finitas & infinitas in ſubſtantia accipitur ſm determinationem & indeterminationẽ ad genus & ſpeciem, nec rei, cui talis magnitudo competit, aſſignabitur determinatus locus. Propter vtrunq; deus ipſe loco determinari non poteſt, tum q̃a magnitudo ipſa, ſiue virtus ſua per quam eſt in omnibus omnia conſeruando eſt infinita: cum etiam, quia talis magnitudo a diuina ſubſtantia non eſt realiter diſtincta. Vnde & Hilarius, diuinam ſubſtantiam eſſe vbiq;, probat, quia ſua virtus, quæ eſt ſubſtantia ſua, vbiq; exiſtit. Et q̃a deus nõ determinatur ad locum, veritatem habet qđ probatur. 8. phyſicorum, Primum motorem ipſum deum non moueri per ſe nec per accidens. Vnde motis nobis, deus, qui in nobis eſt, locum non mutat per ſe nec per accidens, quia ad locum, in quo ſumus, determinari non poteſt. Corpus autem chriſti vt eſt in altari: tũ quia dimenſiones panis, per quas ibi exiſtit, finitum quid ſunt, tum etiam quia hmõi dimenſiones non ſunt ſubſtantia ſua, oportet corpus xp̃i ſic acceptum aliqualiter determinari ad locum: verum quia nõ determinatur ad locũ mediantibus dimenſionibus propriis, quia hmõi dimenſiones non ſolum ibi ſunt mediante ſubſtantia, ſed mediantibus aliis, quia mediantibus dimenſionibus panis, de tali determinatione duo concludere poſſumus. Primo ꝙ determinatio talis non ſit per ſe, ſed per accidens. Nam illud dicitur eſſe per ſe vno modo ſumptum, qđ eſt per cauſam in ſe exiſtẽtem. Cum chriſti corpus per dimenſiones proprias & exiſtentes in ipſo, vt in ſubiecto, nõ determinetur ad locũ vt eſt ſub ſacramẽto altaris, ſed ſolũ per dimenſiones alias, ſic ſumptum per accidens determinatur ad locum, propter quod per accidens cõpetit ei motus. Secundo concludere poſſumus ipſum ſic acceptum, loco non diffiniri. Nam cũ vnius rei ſit vna quantitas vel vna magnitudo, per quam in loco ponitur omnis creatura, cum comparatur ad locum ſm quantitatẽ propriam, ſolũ in loco vno eſſe poterit, cum eius ſit vna propria ſola quantitas, per quã comparat̃ ad locũ. Sed quia corpus chriſti eſt ſub ſacramento mediantibus dimenſionibus panis, cum dimẽſiones panis poſſint eſſe alię & alię, & in diuerſis locis di

Res non determinari loco dupliciter eſſe poteſt.

Lib. 8. de trin.

T.c. 46.

menſiones hmōi eſſe poſſunt ſm alias & alias di menſiones panis, ſimul in diuerſis altaribus eſſe poterit, ideo corpus chriſti ſic acceptum, loco diffiniri non dr̄. Ex quo apparet alia ratio a ratione ſuperius aſſignata, quare intelligentia loco diffinit̃, & corpus chriſti ſub ſacramento nō diffinitur loco: quia virtus intelligentiæ, p quā comparatur ad locum eſt vna, dimenſiones autem panis, ſm quas corpus chriſti comparatur ad locum, poſſunt eſſe diuerſę. Sed ſi ſm eaſdē dimenſiones panis corpus chriſti compararet̃ ad locum, ſicut intelligentia per virtutem ſuam quæ vna eſt, ad locū comparatur: et ſicut quęlibet creatura dicit̃ eſſe in loco per quantitatem propriam, diceremus corpus chriſti ſm illas eaſdem dimēſiones in diuerſis altaribus ſimul eſſe non poſſe, ſicut nec aliqua creatura, cum mediãte ſua quantitate, quæ vna eſt, comparatur ad locum, ſimul in pluribus locis eſſe non poteſt.

Differunt determinari ad locum, diffiniri loco, & circunſcribi.

Ex quo apparet iſta tria differre .ſ. determinari ad locum, diffiniri in loco, & loco circūſcribi. Nam tunc res determinatur ad locū, cum magnitudo illa, per quā in loco eſſe ponitur, eſt finita, & non eſt ſua ſubſtãtia. Sed tunc loco diffinitur cum habet finitam magnitudinē, & per eam comparatur ad locū. Sed loco circūſcribi dicitur, cū per quantitatē propriā comparatur ad locū: & ratio quanti vniuoce reperit̃ in quãtitate locantis & locati. Quæ ſi bene aduertimus, dicere poſſumus iſta quatuor .ſ. deum, corpus chriſti, vt eſt ſub ſacramento, intelligentiã, & hmōi corporalia vt comparantur ad locum, hunc habere ordinē, quia deus nec ad locū determinatur, nec loco circūſcribitur, nec diffinit̃.

Quē ordinem hēat ad locum deus corpus chriſti, angelus & corporalia.

Corpus vero chriſti vt eſt ſub ſacramento, aliquo modo determinatur ad locū, ſed non diffinitur vel circūſcribitur loco. Intelligentia vero vt ponitur in loco eſſe, quia in loco comparat̃, non ſolum determinat̃ ad locum, ſed etiam loco diffinitur.

Lib. 1. c. 17.

Vnde & Damaſce. probat ꝙ cum angelus eſt vel opatur in vno loco, deſinit eſſe vel operari in alio, non tamen loco circūſcribitur. Huiuſmodi autē corporalia determinantur ad locum, & diffiniuntur, & circūſcribuntur loco. Non enim determinat̃ deus ad locum, qa ſua magnitudo eſt infinita, & eſt ſua ſubſtantia: nec diffinitur loco, quia loco diffiniri includit determinari ad locū. Nam res ex hoc dicit̃ diffiniri loco: quia ita eſt in vno loco, ꝙ nō in alio, quod ſine determinatione loci eſſe nō poteſt: nec etiam circūſcribitur loco, cum ratio magnitudinis ęquiuoce dicat̃ de magnitudine diuina, & de magnitudine creaturę, in qua deus eſſe dicit̃. Immo, ſi volumus vniuerſaliter loqui, nihil vniuoce reperitur in creatore & creatura. Intelligentia vero ad locum determinatur: quia ſua virtus eſt quid finitum, & non eſt ſua ſubſtantia. Et etiã loco diffinitur: quia per quantitatē propriam comparatur ad locum, quæ cum ſit vna & finita, ei locus vnus atq; finitus debetur. Propter qđ, cum diffiniri loco ſit ſolum in vno loco eſſe, cogimur ad ponendum intelligentiam loco diffiniri: & cū in vno loco eſſe incipiat, in alio eſſe deſinat: non tamē loco circūſcribitur: quia ratio quanti nō reperitur vniuoce in quantitate virtutis, ſecūdū quā angelus ponitur eſſe in loco: & in quantitate corporū, circa quæ angelus operando in loco eſſe dicit̃. Corpus autē chriſti, vt eſt ſub ſacramento, aliquo modo determinatur ad locum: quia dimenſiones panis, per quas in altari ponit̃, ſunt quid finitū & non ſunt ſua ſubſtantia: nō tamen diffinitur loco, qa non eſt in altari ſecundū dimēſiones proprias, ſed ſm dimenſiones panis, propter qđ ſm alias & alias dimenſiones panis ſimul in diuerſis altaribus eſſe poterit. Non ergo ſic acceptum loco diffinitur, cum incipiat eſſe in vno altari abſq; eo ꝙ in alio eſſe deſinat: nec etiam ibi eſt circumſcriptiue, cum quantitas propria ſit ibi mediante ſubſtantia: & finitas & magnitudo ęquiuoce reperiatur in ſubſtantia & quãtitate dimenſiua. Immo (cum nihil circūſcribatur loco niſi comparetur ad locū ſecundū quantitatem propriã, & vniuoce reperiatur ratio quanti in quãtitate locati, ſecūdū quã comparatur ad locum & ad quantitatem locantis) dicere poſſumus, ꝙ circūſcribi loco includit diffiniri loco, ſicut diffiniri loco includebat determinationem ad locū. Eſt enim in plus & vniuerſalius determinari ad locum, q̄ diffiniri loco: & diffiniri loco eſt cōmunius, q̄ circūſcribi loco. Et quia ab inferiori ad ſuperius arguimus affirmando, à ſuperiori ad inferius negando: dicere poſſumus ꝙ quicquid loco circūſcribitur, diffinitur, & determinat̃ loco: & quod loco diffinitur, loco determinatur. Negando autē, debemus arguere econuerſo: quia quod nō determinatur ad locum, nec diffinitur, nec circumſcribitur loco, & quod loco non diffinitur ſic acceptū, loco circūſcribi non poteſt. Cum ergo corpus chriſti, vt eſt ſub ſacramento, non diffiniatur loco, loco etiam circūſcribi nō poterit. Qđ vero corpora, quę ad locum comparantur, ſecundū quantitatem ꝓpriam determinentur ad locum & circūſcribantur & diffiniantur loco (quod quarto proponebatur declarandum) ſatis apparet ſi conſiderentur pręhabita. Nam huiuſmodi corporalia ſic accepta determinantur ad locum: quia quãtitas, ſecundū quam in loco ponuntur, eſt qđ finitum, & nō eſt ipſa ſubſtãtia rerum corporalium. Amplius diffiniūtur loco, quia, cum ſecūdum propriam quantitatem ad locū comparē-tur, & cum vnius corporis vna ſit quantitas, ſecundum quam in loco eſſe dicitur, debet vnum corpus ſolum in vno loco eſſe, quod eſt loco diffiniri. Circūſcribūtur quidem loco, quia huiuſmodi corporalia, velut in loco, in corporalibus collocantur. Cū igitur reperiatur vniuoce quãtitas in corpore locante & in locato, quia vtrobiq; eſt quantitas dimenſiua, oportet corporalia,

poralia contenta a corporibus continentibus circũſcribi: verum, quia circumſcriptio includit diffinitionem & determinationem ad locũ, licet per ſe oſtenſum ſit corporalia diffiniri loco & ad locum determinari, poſſet tamen ex iſto ſolo vltimo vtrũq; illorum oſtendi, cum probatũ ſit omne quod loco circũſcribitur determinari ad locum & loco diffiniri.

Propoſitio. VI.

Corpori chriſti exiſtenti ſub hoſtia competit poſitio, ſiue ſitus, quæ eſt differentia quantitatis, nõ autem quæ eſt prædicamentum.

Aperitio.

¶ Quia ex præcedentibus eſt habitum corpus chriſti, vt eſt ſacramentaliter in altari, loco circũſcribi nõ poſſe: crederet aliquis ꝙ poſitio & ſitus partium ei ſic exiſtenti non poſſet cõpetere. Vt ergo appareat qualiter ei poſitio competat, eſt aduertẽdum, ꝙ poſitio vno modo ſumpta eſt differentia quantitatis. Vnde in prædicamentis ſcribitur, ꝙ quantitatum hæ quidem habent poſitionem ad ſeinuicẽ, illæ vero minime. *[Poſitio dupliciter accipitur]* Alio modo eſt prędicamentũ: nam poſitio ſiue ſitus inter decem prędicamẽta computať. Sic autem, & ſic accepta poſitio a Cõmentatore. 5. metaphy. iſto modo diſtinguitur. *[Cõ. 24.]* Nam poſitio ſiue ſitus quẽdam ordinem partium importat, vt poteſt haberi a philoſopho in eodem 5. Ordo autem partium eſt duplex, videlicet ordo partium in toto, & in loco. Et prout ordinantur partes in toto, conſurgit inde poſitio, quæ eſt differentia quantitatis: prout vero ordinãtur in loco, accipitur inde poſitio, quæ eſt prædicamentũ. Si ergo oſtendere poterimus, ꝙ partes corporis chriſti exiſtẽtis ſub hoſtia nõ habent ordinem ad locum, ſed ad totum, oſtenſum erit, ꝙ corpori chriſti ſacramentaliter cõſiderato, competit ſitus, qui eſt differentia quantitatis, non qui eſt prædicamentũ. Ideo notandũ, ꝙ vterq; talis ordo prouenit ex quantitate, aliter & aliter ſumpta. Nam ſicut qualitates duplicem comparationẽ habent, vnam ad ſubiectũ, ſecundũ quam competit eis dare eſſe: aliam ad obiectũ ſiue ad exteriora, ſm quã ſunt principia actionum, & ratio vel cauſa agendi, vtputa calor per comparationem ad ſubiectũ, dat eſſe calidũ, prout vero comparatur ad calefactibile, eſt calefaciendi principium: ſic & quantitas, prout comparatur ad ſubiectum, cõpetit ei dare eſſe, habet enim ſubiectum quãtitatis per quãtitatem eſſe quantũ: prout vero ad exteriora cõparatur, eſt ratio quare aliquid ſit in loco. Sicut ergo ſi calidum non compareтur ad calefactibile per calorem, & nõ eſſet calor medium inter calefactibile & calefaciens, ſicut virtus eſt media inter agens & actum: ſic calor daret ſuo ſubiecto eſſe calidum, qđ non eſſet calefaciendi principium, cum nõ ſit intelligibile agens agere, nõ exiſtẽte virtute media inter ipſum & materiam. Sic corpus quãtitatem habens, ſi non cõpararetur per quantitatem niſi ad illud in quo exiſtit, conſequens eſſet, ꝙ quãtitas ſuo ſubiecto daret eſſe quantum: quod tamen per eam ibi localiter non eſſet. Cum ergo habitum ſit quantitatem corporis chriſti nõ eſſe in ſacramẽto ex vi ſacramenti, cum nihil conuertatur in ipſam, ſed ſolum ex naturali concomitãtia, & quia corpus chriſti ſine quantitate propria eſſe non poſſet, ex quo ſubſtantia panis eſt conuerſa in ſubſtantiam corporis, & ponitur ſubſtantia corporis in altari per hmõi cõuerſionem exiſtere: oportet quantitatem propriam, quæ ſuũ ſubiectum non deſerit, ibi eſſe. Propter qđ apparet verum eſſe qđ cõmuniter dicitur: Chriſtum ſub hoſtia eſſe quantum, nõ quantitatiue: eſt enim quantum, cum propria quantitas det ei eſſe quantũ: non tñ eſt ibi quantitatiue, quia ex hoc quantitatiue aliqđ exiſtit alicubi, prout mediante quãtitate ibi eſſe conſpicitur. Et quia ſubſtantia corporis chriſti non eſt ſub hoſtia mediante quantitate, ſed quantitas mediante ſubſtantia, ibi quãtitatiue eſſe nõ poterit. Sic enim imaginari deberemus, ꝙ ex hoc corpora ſunt in loco, & habent eſſe quãtitatiuum, prout per quantitatem comparantur ad locum: ſicut calidũ calefacit, prout per calorem ad calefactibile comparať. Cum ergo ſumatur poſitio, quæ eſt differẽtia quantitatis, prout corpus habet eſſe quantũ & partes ordinantur ad totum: poſitio vero, quæ eſt prædicamentũ ſumatur, prout aliquid eſt alicubi quantitatiue, & partes eius comparanť ad locum: manifeſtũ eſt qđ declarare volebamus, videlicet, corpus chriſti, vt eſt ſub hoſtia, habere poſitionem, quæ eſt differentia quantitatis, cum quãtitas ſua det ei eſſe quantum, cum non deſerat ordinem quẽ habet ad ſubiectum: non tamen habere poſitionem, quæ eſt prædicamẽtum, cum dictum corpus non exiſtat ſub hoſtia quantitatiue: eo ꝙ ſua quantitas deſerit ordinẽ, quem habet ad exteriora: cum ſubſtantia non ſit ibi mediante quantitate, ſed quantitas mediãte ſubſtantia.

Propoſitio. VII.

Non eſt inconueniens, ſimul cum dimenſionibus panis, eſſe dimenſiones corporis chriſti.

Declaratio.

¶ Oportet, ſi conſiderantur præmiſſa, nos fateri ſimul cum dimenſionibus panis eſſe dimẽſiones corporis chriſti. Habitum. n. eſt ꝙ in hoc ſacramento fit conuerſio ſubſtantiarum, quæ tamen in accidentia non conuertuntur. Vnde dimenſiones panis remanent, poſtq̃ ſubſtantia pa

nis conuerſa eſt in ſubſtantiam corporis. Cum
igitur ante conuerſionem eſſet ſubſtantia pa-
nis, vbi erant dimenſiones panis, eo ꝙ forma
& materia non obtinent diuerſum locum (pro
T.c.72. pter quod philoſophus in p̃rio de Anima du-
cit ad inconueniens, dicentes animam eſſe cor-
pus, quia ex hoc ſequebat̃ duo corpora in eo-
dem loco exiſtere) neceſſe eſt ergo ſubſtantiam
panis ante conuerſionem eſſe, vbi ſuę dimenſio
nes exiſtunt, cum ſubſtantia reſpectu quantita-
tis habeat rõnem materiæ & ſubiecti. Et q̃a vbi
fuit prius ſubſtantia panis (facta conuerſione)
facta eſt ſubſtantia corporis: ſicut ſimul cum di
menſionibus panis ante conuerſionem erat pa
nis ſubſtantia, ſic facta conuerſione ſimul cum
eiſdem dimenſionibus erit ſubſtantia corporis.
Rurſum (quia dimenſiones corporis chriſti
proprium ſubiectũ non deſerunt: & oportet di
menſiones corporis chriſti eſſe vbi eſt ip̃m cor
pus, ex quo ſimul cũ dimenſionibus panis eſt
ſubſtantia corporis chriſti) oportet ſimul cum
dimenſionibus panis eſſe dimenſiones corpo-
ris. Cogimur ergo ad hoc ſic ponendũ: diffi-
cultates tamẽ hanc poſitionem catholicam im-
pugnantes, vitare non eſt facile. Videtur enim
contradictionẽ implicare, qđ dimenſiones ſi-
mul cum dimenſionibus eſſe poſſint. Arguit.n.
T.c.53. philoſophus in.4.phyſicorũ contra ponentes
vacuum, & dicentes locũ eſſe dimenſiones ſepa
ratas, qđ ſi in hmõi dimenſionibus reciperet̃ ali
quod corpus, ſequeret̃ duo corpora in eodem
loco poſſe exiſtere. Nam tota cauſa, quare vnũ
corpus cum alio corpore ſimul eſſe nõ poteſt,
ſumitur ex eo, qđ dimenſiones dimenſionibus
reſiſtunt. per ſe eſt enim (vt idem p̃ius innuit)
qđ dimenſiones ſecum alias dimenſiones nõ cõ
patiantur. Et quia non eſt intelligibile, qđ rema
neat aliquid priuatũ, eo qđ ſibi per ſe compe-
tit, niſi ibi implicetur cõtradictio, videt̃ veritatẽ
ſuperficialiter conſiderantibus, ipſi deo nõ eſſe
poſſibile, qđ dimenſiones dimenſionibus coexi
ſtant. Propter qđ aduertendũ, qđ ſi ſic eſſet, per
ſe dimenſiones dimenſionibus non coexiſtere,
ſicut eſt per ſe hominem eſſe animal, fruſtra la-
boraremus ad ſoluendum rationem prætactã:
quia ſine implicatione contradictionis hoc eſſe
non poſſet. Ideo notandũ, qđ dimenſiones di-
mẽſionibus reſiſtere non eſt ita per ſe, ſicut per
ſe de ſpecie prædicatur genus, vel ſicut per ſe ſu
periora in inferioribus reſeruantur: ſed eſt ita
per ſe, ſicut per ſe eſt actiui agere, vtputa prout
eſt per ſe calidi calefacere. Dictum eſt enim, qđ
ſicut calor duplicẽ habet comparationẽ, vnam
ad ſubiectum, ſm quã dat ei eſſe calidum: & aliã
ad obiectum ſiue ad materiam, ſm quam rõ eſt
calefaciendi: ita & quantitas, prout comparat̃
ad ſubiectũ, dat eſſe quantũ. Per comparationẽ
autem ad exteriora, ſiue prout comparat̃ ad di-
menſiones alias, competit ei reſiſtere: & eſt ratio
quare corpus habens hmõi quantitatem exiſtat
in loco. Sicut ergo abſqꝫ implicatione contra-
dictionis põt eſſe calidum abſqꝫ eo quod calefa
faciat. & calor põt dare eſſe calidũ abſqꝫ eo qđ
ſit calefaciendi principiũ: ſic & dimenſiones po
terunt dare eſſe quantũ, abſqꝫ eo qđ dimenſioni
bus aliis reſiſtant. Eſt autẽ ex ſuperioribus mani
feſtum, qđ ſemper virtus eſt media inter agens
& actum. Vnde, quia calidũ comparat̃ ad cale-
factibile, mediante calore, ſequit̃ calidũ calefacе
re: qđ ſi iſta mediatio tolleret̃, calidum calefacе
re nõ poſſet: ſic etiã omne qđ eſt ratio alicuius,
quendam modũ mediationis habet. Cum igit̃
quãtitas ſit ratio, quare quantũ reſiſtit quanto,
oportet quantum vnũ ad quantũ aliud compa
rari mediante quantitate, & quantitatẽ eſſe me-
diam inter corpus reſiſtens, & illud, cui fit reſi-
ſtẽtia. Et quia corpora ſemper ſunt in loco me
diante quantitate, vt probat Auicẽna in ſufficiẽ
tia ſua, ſm iſtũ modum ordinis, quẽ videmus,
non eſt intelligibile, corpora alicubi eſſe locali-
ter, niſi ibi talis mediatio inueniatur. Propter
qđ, ſm iſtum modũ ordinis, quem videmus, re
ſeruata hmõi mediatione, ſaluare nõ poſſumus
duo corpora localiter exiſtentia ſimul eſſe. ſed
ſi ſubſtantia non eſſet alicubi mediante quanti-
tate, immo econuerſo, quantitas ibi eſſet me-
diante ſubſtantia: talis mediatio tolleretur: &
per conſequens huiuſmodi reſiſtentia ibi non
eſſet. Cum ergo ſit ex præcedentibus patefa-
ctum, dimenſiones corporis Chriſti eſſe ſub
hoſtia mediante ſubſtantia: ſicut non eſt con-
tra rationem ſubſtantiæ ſimul cum dimenſioni
bus eſſe, ſic non eſt contra rationem dimenſio
num corporis Chriſti exiſtentium in altari me-
diante ſubſtantia, eſſe ſimul cum dimenſioni-
bus panis. Tota ergo cauſa, quare non eſt in
conueniens eſſe dimenſiones corporis ſimul
cum dimenſionibus panũ, eſt: quia Chriſti cor
pus non eſt in altari localiter, nec mediante
quantitate propria: ſed per conuerſionem ſub
ſtantiæ panis in ipſum. Propter quod tollitur
illa mediatio, ſecundum quam oriebatur talis
reſiſtentia: qua dimenſiones dimenſionibus re-
ſiſtebant. Vtrum autem ſecundum alium mo-
dum ordinis, & propter aliquam aliam cau-
ſam, quam habet per ſubtractionem huius me
diationis, ſaluare poſſumus dimenſiones ſimul
cum dimenſionibus eſſe, ita quod duo corpo
ra alicubi localiter exiſtentia, prout localiter
exiſtunt, in eodem loco eſſe poſſint, directe
non eſt pręſentis ſpeculationis: licet etiam hęc
fides catholica ponat, quia dicit chriſti corpus,
irreſeratis clauſtris virginitatis, de beatæ
Mariæ vtero exiuiſſe, & ianuis clau-
ſis ad diſcipulos intraſſe, & cor
pus glorificatũ cũ non
glorificato in eo
dẽ loco poſ
ſe cõſiſte
re.

Propoſitio. VIII.

Propoſitio. VIII.

NOn eſt incōueniens cor-
pus chriſti ſic eē ſub ſpe-
ciebus hoſtiæ, ꝙ ſimul
cum dimēſionibusvnius
partis, ſint dimenſiones
alterius partis.

Declaratio.

¶ Superius autem oſtenſum eſt ſm illum mo-
dum exiſtendi, quem habet chriſtus ſub ſpecie-
bus hoſtiæ, non eſſe impoſſibile, ſimul cum di-
menſionibus panis eſſe dimenſiones corporis
chriſti. Nunc autem reſtat oſtendere, qđ ſecun
dum præfatum modum exiſtendi ſimul cum di
menſionibus vnius partis, poſſunt eſſe dimen-
ſiones alterius partis. ¶ Ad cuius euidentiā ad-
uertendum, qđ ex eadem cauſa procedit, quare
duo corpora nō pñt ſtare in eodē loco, & qua
re plura duobus vel etiam infinita, & quare vbi
eſt vnum paruū corpus non pōt eſſe maius vel
maximū, vel etiam infinitū, ſi daretur magni-
tudo infinita. Nam tota cauſa, quare duo
corpora in eodē loco eſſe non poſſunt, ſumit
(vt ſuperius dicebatur) ex eo quod dimēſiones
dimenſionibus reſiſtunt: quod ſi tollerēt hmōi
reſiſtentia, non eſſet dare cauſam, quare duo
corpora vel etiam infinita in eodē loco eſſe nō
T.c.53. poſſent: Ideo pħs. 4. phyſicorū, capitulo de va
cuo ait, Quod ſi duo corpora poſſent eſſe in
eodem loco, & quęlibet, & etiam infinita, vt Cō
mentator ſupplet. Cum igitur duo corpora in
eodem loco eſſe non poſſint, niſi reſiſtentia tol
latur: & reſiſtentia dimenſionū amota, quęlibet
corpora vel etiam infinita ſimul eſſe valent, bo
na eſt conſequentia, cęteris conditionibus pari
bus: quia ſi duo corpora ſimul eſſe valent, pñt
eſſe ſimul quęlibet & infinita. Eſt enim tota cau
ſa huius, vt patet ex habitis, amotio reſiſtentiæ.
Et ſicut hmōi amotio reſiſtentiæ cauſa eſt, qua-
re duo corpora, & quælibet, & etiam infinita (ſi
infinita eſſet dare) ſimul eſſe poſſunt: ſic etiam
talis amotio cauſa exiſtit, quare vbi eſt minus
corpus, poteſt eſſe maius & maximū, & etiā infi
nitum, ſi eſſet dare magnitudinē infinitā. Nam
ſic duo corpora plus occupant de loco, ꝗ vnū
corpus, quia dimenſiones reſiſtunt dimenſioni
bus, & vbi eſt vnum corpus aliud eſſe non pōt:
Quod ſi talis reſiſtentia tolleretur, & vnum cor
pus ſimul cum alio eſſe poſſet, non plus occu-
parent de loco plura corpora vel etiam infini-
ta, ꝗ vnum ſolum corpus: ſic eſt, vbi eſt minus
corpus, maius corpus eſſe non poteſt: ſed plus
occupat de loco maius corpus ꝗ minus cor-
pus, quia partes magnitudinis corporis ſibi ad-
inuicem reſiſtunt, & vbi eſt vna pars, alia pars
eſſe non pōt. Sic enim imaginari debemus, qđ
ſicut in corporibus cōtiguis, corpus reſiſtit cor
pori ſibi contiguo, ſic eſt in partibus eiuſdē cor
poris contigui, pars reſiſtit parti ſibi proximæ,
& vbi eſt vna pars, alia eſſe nō valet: ſed ſi pars
ſimul cum parte eſſe poſſet, non plus occupa-
ret de loco magnū corpus ꝗ paruum corpus,
& totū corpus ꝗ vna pars. Clare ergo manife-
ſtum eſt, qđ ſi dimenſiones dimenſionibus non
reſiſterent: ſm quod ad præſens ſpectat, qua-
tuor inde ſequerentur. Primo, quia vbi eſt vnū
corpus poſſent eſſe duo, & quælibet, & infinita.
Secundo, quia vbi eſt minus corpus, poſſet eēt
maius & maximum & infinitum. Tertio, qa vbi
eſt vna pars alicuius corporis, poſſent eſſe duæ
& etiam omnes partes. Quarto & vltimo, quia
vbi exiſtit ſingula pars, totū corpus poſſet exi-
ſtere. His viſis, de leui patet propoſitum: nā cū
corpus chriſti, & quælibet pars eius nō ſit ſub
ſpeciebus hoſtiæ modo quo dimenſiones di-
menſionibus reſiſtant, quia non eſt ibi ſubſtan
tia, mediante quantitate, ſed quantitas mediante
ſubſtantia, ſimul cum dimenſionibus vnius par
tis eſſe poterunt dimenſiones alterius partis. Si
cut ergo ſimul cum dimenſionibus panis eſſe
poſſunt dimenſiones corporis chriſti, eo quod
iſtæ dimenſiones non reſiſtant dimenſionibus
illis: ſic ſimul cum dimenſionibus vnius partis,
poſſunt eſſe dimenſiones alterius partis, quia ta
lis reſiſtentia eſt amota: manifeſtum eſt ergo qđ
declarare volebamus. Sed vt magis pateat veri-
tas quæſiti, Notandum quod non eſt reſiſtētia
dimenſionum, niſi vtraꝗ dimenſiones reſiſtāt.
Dupliciter ergo talis reſiſtentia tolli poteſt. Pri
mo, ſi neutræ dimenſiones reſiſtant. Secundo,
ſi ſolum alteræ reſiſtant. Si ergo eſſent duo ge-
nera dimenſionum: & vnum, quantū de ſe, reſi
ſteret: alterum vero non reſiſteret. tales dimen-
ſiones ſimul eſſe poſſent: amota enim reſiſtētia,
reſiſtentia eſſe non valeat, vt dictum eſt, niſi
vtraꝗ dimenſiones reſiſtant. Cum ergo in ſa-
cramento altaris ſint duo dimenſionum gene-
ra, videlicet, dimēſiones panis, & dimenſiones
corporis chriſti, ſm has duas dimenſiones tri-
plex comparatio ſumi poteſt. Primo enim cō-
parari pñt dimenſiones panis ad dimenſiones
corporis. Secundo comparari poterunt dimē-
ſiones vnius partis corporis Chriſti ad dimen-
ſiones alterius partis. Tertio, dimēſiones vnius
partis hoſtiæ ad dimenſiones alterius partis.
Poterunt ergo ſimul eſſe dimenſiones corpo-
ris cum dimenſionibus hoſtiæ, & dimenſiones
vnius partis corporis chriſti cum dimēſionibus
alterius partis. Dimenſiones tamē vnius partis
hoſtiæ cum dimenſionibus alterius partis nul-
latenus eſſe poterunt. Nam ſi dimenſiones ho-
ſtiæ quantum eſt de ſe reſiſtant dimenſionibus,
poterunt tamen eſſe ſimul cum dimenſionibus
corporis chriſti: quia dimenſiones dicti corpo-
ris non ſunt ſub ſacramēto altaris modo quo
reſiſtunt. Sic enim arguit philoſophus. 4. phy- T.c.53.
ſicorum. Quod ſi aliquod corpus poneretur
in vacuo, ſimul cum dimēſionibus eſſent dimē-

ſiones. Nam vacuum nõ eſt natura aliqua, quæ poſſit cedere, vel quę poſſit reſiſtere. Si ergo vacuum (vt videbantur antiqui ponere) nihil eſt aliud q̄ dimenſiones ſeparatę, ſi hmõi dimenſiones non cedunt neq̧ reſiſtunt, ſi intra tales dimenſiones poneretur aliquod corpus, quantũcũq; corpus illud eſſet aptum natum reſiſtere, ſimul cum dimenſionibus illius corporis eſſent dimenſiones ſeparatæ: quia tales dimenſiones non reſiſtunt, & ſi non reſiſtunt, nec cedunt. Tota enim cauſa, quare aliquid cedit, eſt, quia reſiſtit. ob hoc enim aer cedit lapidi, quia reſiſtit ei, & ſimul cum dimenſionibus lapidis non pñt eſſe ſimul dimenſiones aeris. Quantũcũq; ergo dimenſiones hoſtiæ, quãtũ eſt de ſe, ſint aptę natæ reſiſtere, ſimul tñ cũ talibus dimenſionibus poterunt eſſe dimenſiones corporis chriſti: eo ꝙ hmõi dimenſiones nõ ſunt ſub hoſtia modo quo reſiſtant: dimenſiones autem vnius partis corporis ſimul etiam eſſe poterunt: non quia alterę reſiſtant, ſed quia neutrę reſiſtunt. Sed dimenſiones vnius partis hoſtiæ cum dimenſionibus alterius partis nullo modo ſimul eſſe poterunt: eſt enim ibi completa reſiſtntia, cum vtręq; reſiſtant.

Propoſitio. IX.

TOtus Chriſtus eſt in tota hoſtia, & totus in qualibet parte hoſtiæ.

Declaratio.

¶ Licet valde videatur mirabile, ꝙ totum corpus chriſti tantæ quãtitatis exiſtens, ſub dimenſionibus tam paruæ hoſtiæ contineatur: tamen ſm ineffabilem veritatem fidei catholicæ cogimur ad ponendũ, quòd nõ ſit ſolum totus chriſtus in tota hoſtia, ſed etiam ꝙ totus chriſtus ſit qualibet parte hoſtiæ. Hanc auem veritatem triplici via venari poſſumus. Primo, ſm ꝙ ſubſtantia corporis chriſti comparatur ad ſubſtantiam panis, quæ in ipſum conuertitur. Secundo, prout quantitas corporis chriſti comparatur ad ſubſtantiam eius, in qua radicatur. Tertio, prout quantitas corporis chriſti comparatẽ ad quantitatem hoſtiæ: & prout quãtitas vnius partis comparatur ad quantitatẽ alterius partis.

Totũ duplex in rebus corporalibus. Propter primum notandum, quòd, quantũ ad pñs ſpectat, in rebus corporalibus duplicem totalitatẽ diſtinguere poſſumus. Vnã quantitatiuã. Et aliam eſſentialẽ. Albedini. n. duplex totalitas competit. Vna dimenſiua, ſm quã extẽdit

Præd. quãt. albedo extẽſione ſuperficiei: pp q̄d dr̄ in prædicamentis, ꝙ albedo dicit̃ multa, eo ꝙ ſuperficies multa ſit. Scd̃m hãc autẽ totalitatem, albedo eſt tota in tota ſuperficie, & pars in parte: vt ſi ſupſicies ſit duorum palmorum in medietate ſuperficiei erit albedo vnius palmi: & loquendo de totalitate prædicta omnino ſecabitur albedo, vt ſecatur ſuperficies. Alia autem totalitas albedinis, eſt totalitas eſſentialis ſiue totalitas diffinitiua: & ſm hanc totalitatẽ non ſecatur albedo, vt ſecatur ſuperficies, nec eſt tota in toto, nec pars in parte, ſed tota albedo in tota ſuperficie, & tota in qualibet parte. Si enim ſit aliqua ſupſicies alba, & diuidatur, quęlibet pars ſuperficiei erit alba: & albedo reſeruabitur in qualibet parte. Cum ergo non ſit albedo niſi habeat in ſe omnia, quæ pertinẽt ad rõnem albedinis, ſicut non eſt homo, niſi qd aggregat in ſe quicquid pertinet ad rõnem hominis. Quia ergo in quálibet parte ſuperficiei reſeruatur albedo, in qualibet parte erit tota albedo, loquendo de totalitate diffinitiua & eſſentiali. Et ſicut eſt in accidẽtibus, ſic ſuo modo eſt in ſubſtantiis corporalibus. Nam lapis ſm totalitatem dimenſiuã (ſi eſt in aliquo loco) eſt totus in toto, & pars in parte. Sed quia quælibet pars lapidis eſt lapis, & in qualibet parte lapidis reſeruatur tota ratio lapidis, & ibi concurrunt omnia, quę pertinent ad diffinitionem lapidis: ideo ſm diffinitiuam totalitatem, tota ſubſtantia lapidis eſt in toto lapide, & tota in qualibet parte. His viſis patet quid dicendum ſit de corpore chriſti. Nam, vt põt patere ex habitis, tota ſubſtantia panis conuertitur in totam ſubſtantiam corporis chriſti, non ſm totalitatem quantitatiuam, ſed ſm totalitatem eſſentialem. Dicebat̃ enim ꝙ in hac conuerſione ita conuertitur qd in quid, quòd non cõuertitur quantũ in quantũ. Ergo ex vi ſacramẽti, chriſtus eſt ſub hoſtia ſolũ ſm totalitatẽ ſubſtantialem, eo quòd tota ſubſtantia panis conuerſa ſit in totam ſubſtãtiã corporis chriſti. Cũ ergo ante conuerſionem ſcd̃m totalitatem ſubſtantialem eſſet tota ſubſtantia panis ſub tota hoſtia, & tota ſub qualibet parte, quia, facta conuerſione, ibi eſt tota ſubſtãtia corporis, vbi fuerat tota ſubſtantia panis, omnino cogimur ad dicendum, quòd facta tranſubſtantiatione, ſit tota ſubſtantia corporis chriſti ſub tota hoſtia, & tota in qualibet parte. Et quia naturaliter totam ſubſtantiam corporis chriſti ſequitur totalitas quantitatis, quæ fundatur in ipſo corpore, ideo corpus chriſti tam ſm totalitatem ſubſtantialem q̄ ſcd̃m totalitatẽ quantitatiuã eſt totum in tota hoſtia, & totũ in qualibet parte, aliter tñ & aliter: quia ſecundũ totalitatẽ ſubſtantialẽ eſt totum corpus chriſti in qualibet parte hoſtiæ ex vi ſacramenti, ſed ſcd̃m totalitatem quantitatiuam eſt totus chriſtus in qualibet parte ſecundum naturalem concomitantiam ſolum. Patefacta eſt ergo prima via, videlicet, ſi cõparemus ſubſtantiam corporis chriſti ad ſubſtantiam panis, quæ in ipſam conuertitur, ꝙ oportet nos dicere ꝙ ſit totum corpus chriſti in tota hoſtia, & totum in qualibet parte: ſicut ſubſtantialiter ante conuerſionem erat in tota hoſtia tota ſubſtantia panis, & tota in qualibet parte. Secunda via ſic oſtenditur. Nam modo oppoſito eſt corpus chriſti in cęlo, & prout habet eſſe ſub hoſtia. Nam in cęlo eſt localiter, ideo eſt ibi ſcd̃m dimenſiones

dimenſiones proprias, & per quantitatem. Nã,
vt ꝓbat Auicenna in Metaphyſica ſua, Omnis
ſubſtãtia corporalis eſt in loco per quantitatẽ:
ꝓpter qđ prout eſt chriſtus in cęlo, quia ibi eſt
localiter, eſt ibi ſubſtantia mediante quantitate:
ſed prout eſt ſub hoſtia nõ eſt ibi localr, ſed eſt
ibi ſolum ex conuerſione alterius in ipſum: ſiue
eſt ibi ſolum ſacramentaliter, inquantum virtu-
te ſacramenti ſubſtantia panis eſt conuerſa in
corpus chriſti. Et quia ex vi ſacramenti non eſt
ibi niſi ſubſtantia corporis chriſti, eo ꝙ ſolũ in
talem ſubſtantiam cõuerſa eſt ſubſtantia panis:
ideo ꝑ ſe & primo ſub hoſtia eſt ſubſa corporis:
ſi aũt eſt ibi quãtitas & alia accidẽtia, hoc eſt ex
naturali concomitantia, & mediante ſubſtan-
tia. Bene eſt ergo dictum ꝙ Chriſtus eſt quo-
dam modo oppoſito in cęlo, & ſub hoſtia: nam
in cęlo quia eſt ſubſtantia mediante quanti-
tate, trahitur totalitas ſubſtantiæ ad modum to-
talitatis quantitatiuæ, quia ſecundum totalita-
tem quantitatiuam eſt aliquid totum in toto &
pars in parte: ideo loquendo de corpore chri
ſti, vt habet eſſe in cęlo, eſt totum corpus chri-
ſti in toto ſuo loco, & pars in parte. In hoſtia
autem, vbi eſt quantitas mediante ſubſtantia, to
talitas quantitatiua trahitur ad modum totalita
tis ſubſtantiæ: ita quòd tota quantitas corporis
chriſti eſt in tota hoſtia, & tota in qualibet ꝑte:
quia modus totalitatis ſubſtantialis eſt, ꝙ ſit tota
in toto, & tota in parte. Sicut ergo ſubſtantia,
quæ de ſe nõ diuiditur, quia eſt in loco median
te quantitate, cui competit diuiſio, eſt ibi diuiſi-
biliter: ſic econuerſo, quantitas corporis chriſti,
quæ de ſe eſt diuiſibilis, quia eſt ſub hoſtia, me-
diante ſubſtantia, cui per ſe non cõpetit diuiſio,
eſt ibi indiuiſibiliter: propter qđ patet quòd cõ-
parando quãtitatem corporis chriſti ad ſubſtã-
tiam eius, mediante qua, eſt ſub hoſtia, oportet
nos dicere totum chriſtũ eſſe ſub tota hoſtia, &
totum in qualibet parte. Tertia via ſic oſtendiť.
Dicebatur. n. in præcedenti capitulo, ꝙ ſecũdũ
dimenſiones panis & dimenſiones corporis xp̄i
triplex comparatio ſumi poterat. Primo, quia
dimenſiones hoſtię ſic comparantur ad dimen-
ſiones corporis chriſti, ꝙ ſimul cum dimenſio-
nibus hoſtiæ poſſunt eſſe dimenſiones corpo-
ris xp̄i. Secundo, quia dimẽſiones vnius partis
corporis chriſti ſic comparanť ad dimenſiones
alterius partis, qđ illis non reſiſtunt, ſed ſimul
cum eis eſſe valent. Sed ſm comparationem ter
tiam, ſcđm quã dimenſiones vnius partis hoſtię
ad dimenſiones alterius partis comparanť, eſt
ibi cõpleta reſiſtẽtia: & iſtæ cũ illis ſimul eſſe nõ
poſſunt. Quantitas ergo hoſtiæ erit tota in to
ta hoſtia, & pars in parte, eo qđ vbi vna pars
hoſtiæ exiſtit, altera eſſe non poteſt. Ideo plus
occupat de loco tota hoſtia q̃ pars eius: ſed, vt
patet per habita, vbi eſt aliqua pars hoſtiæ, ibi
eſt aliqua pars corporis chriſti, quia quantitas
hoſtię non reſiſtit quantitati corporis. Rurſum
vbi eſt vna pars corporis chriſti, ibi poteſt eſſe
alia, & etiam per conſequens, ibi poterit eſſe to-
tum corpus, quia dimenſiones vnius partis cor
poris dimenſionibus alterius partis non reſi-
ſtunt. Ergo vbi eſt quæcũq; pars hoſtiæ, nõ eſt
inconueniens, qđ ibi ſit totum corpus chriſti.
Eſt ergo tertia via declarata. Ex his autẽ tribus
viis declaratur planè veritas. Nam per primam
viam habetur totam ſubſtantiã corporis chriſti
eſſe in tota hoſtia, & totam in qualibet parte: ſi-
cut ſubſtantialiter tota ſubſtantia panis, conuer
ſa in totam ſubſtantiã corporis chriſti, erat ſub
ſtantialiter tota in tota hoſtia, & tota in quali-
bet parte. Per ſecundam aũt viam, per quã oſtẽ
ditur totalitatem quantitatiuã corporis Chriſti
trahi ad modũ totalitatis ſubſtantiæ, manifeſtè
colligitur, quòd corpus chriſti ſicut ſubſtantia-
liter eſt totum in tota hoſtia, & totum in quali-
bet parte: ſic etiam ſm totam quãtitatem ſuam,
eſt totum ſub tota hoſtia, & totum ſub quali-
bet parte. Per tertiam autem viam oẽs ambigui
tates tolluntur: non enim debet eſſe ambiguũ,
vtrum tota quantitas corporis chriſti poſſit eſſe
in qualibet parte hoſtię: nam ſi vna pars corpo
ris chriſti alteri parti reſiſteret, & vbi vna pars
eſſet, altera eſſe non poſſet, plus requireret de
ſpatio magna pars q̃ parua, & plus totum cor-
pus q̃ pars quælibet. Sed quia partes corporis
chriſti ſic ſunt ſub hoſtia, qđ ſibi inuicem non
reſiſtunt, patet quòd in qualibet parte hoſtiæ
poſſit eſſe totũ chriſti corpus: quod declarare
volebamus.

Propoſitio. X.

LIcet totus Chriſtus ſit in
qualibet parte hoſtię, par
tes tamen illæ, in quibus
per ſe eſt totus Chriſtus,
nõ ſunt infinitę, ſed finitę.

Declaratio.

¶ Eſt autem in ſuperioribus declaratum, qđ re
bus corporalibus cõpetit duplex totalitas, vna
quantitatiua, altera ſubſtantialis. Cum ergo to
tum & pars correlatiuè dicantur, oportet cuili
bet totalitati correſpondere ſuã partialitatem.
Aliter. n. diuidiť res, vt eſt cõtinua, aliter, vt eſt
ſubſtantia, & vt eſt natura quædam. Lapis enim
vt eſt quid continuum, eſt diuiſibilis in infinitũ.
Eſt enim de ratione continui, qđ diuiſibile ſit
in ſemper diuiſibilia, vt patet per philoſophum
in. 6. phyſicorum, & primo cęli & mundi imo T.c.3.
ferè vbiq; in libris eius hæc inuenitur ſententia. T.c.2.
Non enim eſt poſſibile cõtinuum diuidi in in-
diuiſibilia: quia ſi indiuiſibilia componanť, nul
lam efficiunt magnitudinem: & plura indiuiſi-
bilia non ſunt quid maius, q̃ vnum indiuiſibi-
le. Si ergo continuũ diuideretur in indiuiſibi-
lia, fieret quantum ex non quãtis, & magnitudo

ex non magnitudinibus, & diuiſum non erit ali quid maius aliquo diuidentium. Eſt ergo conti nuum diuiſibile in infinitum, & quælibet res, ſi diuidatur vt continua, poteſt diuidi in infinitas partes. Non eſt ergo dare minimū in re, ſi cōſi- deratur vt cōtinua. Eſt tamē dare minimū, ſi cō ſideratur vt ſubſtantia, & vt natura quædam.
T.c.38. Vnde philoſophus in. 1. phyſicorum, diſputās contra Anaxagoram, oſtendit, ꝙ eſt dare mini mam carnē, & minimā aquam. Stat. n. res natu- ralis, & in maius, & in minus: quia omnium na- tura conſtantium eſt rō certa, & numerus eorū
T.c.41. magnitudinis & augmenti, vt dr̄ in. 2. de Anima. Poſſet ergo adeo eſſe minima caro, ꝙ ſi vlterius diuideretur, non remaneret in ſpecie carnis: & adeo poſſet eſſe magnus Leo, ꝙ ſi vlterius cre- ſceret, non ſufficeret ad animandū totū corpus Leonis anima: propter qd̄ non eſſet Leo, nec remaneret in ſpecie Leonis. Et ſi dubium eſt de augmento; vtrum aliquæ res naturales poſſint augeri in infinitū, ꝓpter hoc, qd̄ philoſophus
T.c.41. videt̄ dicere in. 2. de anima, ꝙ ignis in infinitum augeret̄, ſi haberet combuſtibile: de diminutiōe tamē nulla eſt qō, quia cum nō ſit dare aliquid otioſum in natura, & nulla res ſit deſtituta ope ratione ſua propria, oportet nos dicere, ꝙ cum acciperetur adeo modica caro; ꝙ ſi vlterius di uideret̄, non poſſet ei competere aliqua opera- tio carnis, eo ꝙ ibi ſit ſtatus, & diuiſa talis caro non erit in ſpecie carnis. Manifeſtū eſt ergo qd̄ la pis, vt continuus, eſt diuiſibilis in infinitas par tes, & nunq̄ poteſt adeo diuidi, quin ſemper re maneat continuus. ſed lapis vt lapis eſt, & vt eſt natura quædam, non habet infinitas partes, & poteſt adeo diuidi ꝙ nō remaneret in ſpecie la- pidis. Sic etiam, vt facit ad propoſitū, panis vt eſt quid continuū, diuiſibilis eſt in infinitum: ſed vt eſt ſubſtantia quædam, nō habet infinitas par- tes: poteſt. n. adeo modicū accipi de pane, quod ſi vlterius diuideret̄, non remaneret ſpecies pa- nis. Licet ergo chriſtus ſit totus in tota hoſtia & totus in qualibet parte hoſtiæ, tamē quia non eſt in partibus hoſtiæ, vt ſunt quid continuum, ſed eſt in talibus partibus, vt poteſt ibi reſeruari ſpecies & ſubſtantia panis: quæ non ſunt infini- tæ, ſed finitæ: partes ergo hoſtiæ, in quibus per ſe exiſtit totus chriſtus, non erunt infinitæ, ſed fi nitæ. Si enim arguebamus in præcedenti capi- tulo, qd̄, quia tota ſubſtantia panis ſm̄ totalita- tem diffinitiuā erat in tota hoſtia, & tota in qua libet parte, ideo tota ſubſtantia chriſti, facta cō uerſione, eſt tota in tota hoſtia & tota in quali bet parte. Sed cū tota ſubſtātia panis etiam ſm̄ rōnem diffinitiuam nō reſeruet̄ in qualibet par te hoſtiæ, loquendo de partialitate prout hoſtia diuiditur vt quid continuū, & vt habet partes infinitas, quia poſſet adeo accipi modicū de ho ſtia, quod non reſeruaret̄ ibi ſpecies panis, non eſt totus chriſtus in qualibet parte hoſtiæ ſcd̄m quod diuiditur hoſtia, & vt quid continuū, & vt habet partes infinitas: ſed reſeruatur in qua- libet parte hoſtiæ totus chriſtus, vt hoſtia diui- ditur in tales partes, in quibus pōt reſeruari ſpe cies panis, & non vt habet partes infinitas. Im- mo, quia in hoc ſacramento eſt conuerſio ſub ſtantiarū abſq; conuerſione accidentiū, opor- tet nos omnino loqui de partialitate prout quę libet pars panis eſt panis, non prout quælibet pars continui eſt cōtinua. Et quia nulla hoſtia ante conſecrationē diuiſibilis eſt in infinitas par tes, in quibus reſeruetur ſpecies panis (licet quę libet hoſtia diuiſibilis ſit in infinitas partes, in quibus reſeruari pōt ratio cōtinui) in nulla ho ſtia facta conſecratione erit dare infinitas par- tes, in quibus per ſe ſit totus chriſtus: ſicut ante conſecrationem infinitæ partes in hoſtia, in qui bus reſeruaretur ſpecies, & ſubſtantia panis, eſſe non poterant. His viſis, non bonā apparet eſſe imaginationē dicentiū, Chriſtum ſic eſſe totum in tota hoſtia, & totū in qualibet parte, ſicut ima go eſt tota in toto ſpeculo, & tota in qualibet parte. Vnde concludebant, qd̄ cum non ſit to- ta imago in parte ſpeculi, niſi ſpeculo fracto: non eſt totus chriſtus in parte hoſtiæ, niſi ho- ſtia fracta. Videmus. n. ad ſenſum, qd̄ ſi ſpeculū ſit vnum, loquēdo de ſpeculis vſitatis, quę ſunt figuræ cōuexę, ſemper in vno ſpeculo vnius & eiuſdē vultus nō apparet niſi vnum idolū. Sed ſi frangatur ſpeculum, quot ſunt partes ſpecu- li, tot apparent ibi imagines vnius & eiuſdē vul tus. Sic dicebant iſti de corpore chriſti exiſtente ſub hoſtia, ꝙ hoſtia integra permanente, ſic erat totus chriſtus in tota hoſtia, quod nō erat totus in qualibet parte: ſed ſi diuidebatur hoſtia in partes ſuas, in qualibet parte hoſtiæ reſerua batur totus chriſtus. Eſt autem hæc imaginatio non bona, quia quod vna imago vnius & eiuſ- dem vultus appet in vno ſpeculo cōuexo, hoc eſt ꝓpter vnitatem ſuperficiei ſpeculi, quia ſm̄ vnam ſuperficiem eſt vna reflexio, & propter vnitatem reflexionis apparet vna imago: ſed fra cto ſpeculo plurificantur ſuperficies, & plurifi- catis ſuperficiebus, apparent plures imagines: Chriſtus aūt totus eſt ſub tota hoſtia rōne to- talitatis ſubſtantiæ panis cōuerſæ in totam ſub- ſtantiam corporis chriſti. Quia ergo ſimplici- ter & abſolute loquēdo totus panis ſm̄ totalita tem ſubſtantialem eſt in tota hoſtia, & totus in qualibet parte (loquēdo de partibus in quibus poteſt reſeruari ſpecies panis) ſimpliciter conce dere debemus, quod facta conuerſione ſit totus chriſtus in tota hoſtia, & totus in qualibet par- te, cum poſt cōuerſionem ibi ſit totus chriſtus, vbi erat totus panis ſm̄ ſubſtantialem totalita- tem. Iſti ergo quodāmodo ecōuerſo debebant dicere: nam quia nulla pars eſt adeo modica, in qua, vt eſt coniuncta alteri, non reſeruetur ſpe cies panis: igitur in qualibet parte hoſtiæ, vt eſt coniuncta alteri, habet chriſtus eſſe: tamē quia poſſet adeo modicum accipi de hoſtia, quod ibi

reſeruari

reſeruari non poſſet ſpecies panis, non quælibet pars hoſtiæ, ſi frangatur hoſtia, continebit totum chriſtum. Immo omnis illa pars tam modica, in qua non pōt reſeruari ſpecies panis, per ſe accepta, non eſt contentiua corporis chriſti: & ſi non eſt contentiua totius corporis, nō eſt contentiua partis eius. Declaratum eſt enim, ſic chriſtum eſſe ſub hoſtia, ꝙ vbi eſt vna pars corporis, eſt ibi totum corpus. Clarum eſt ergo, ꝙ non ſolum (per ſe loquendo) partes hoſtiæ, in quibus habet eſſe totus chriſtus, non ſunt infinitæ, ſed finitæ: ſed etiam patet finitas eſſe illas, in quibus per ſe acceptis, habent eſſe partes corporis chriſti: cum adeò modicum hoſtię poſſit ab hoſtia ſeparari, in qua eſſe non poterit corpus chriſti, nec pars corporis.

Propoſitio. X I.

SIc eſt Chriſtus totus in qualibet parte hoſtiæ, ꝙ in parte punctali hoſtiæ nec eſt Chriſtus, nec pars Chriſti.

Declaratio.

Sumeret forte aliquis ex habitis errandi materiam, dicens, Chriſtū eſſe in qualibet parte punctali hoſtię. Dicebatur enim ſuperius, chriſtum ſic eſſe in cęlo, ꝙ eſt ibi ſubſtātia mediante quātitate: ſed vt eſt ſub hoſtia, eſt ibi quantitas mediante ſubſtantia. Cum ergo ſubſtantia de ſe ſit indiuiſibilis, quantitas vero diuiſibilis: ex hoc arguebatur, ſubſtantiam corporis chriſti, vt eſt in cęlo, eſſe diuiſibiliter: quia eſt ibi per quantitatem, cui competit diuiſio: quātitatē vero eius eſſe ſub hoſtia indiuiſibiliter: quia eſt ibi quantitas per ſubſtantiam, cui per ſe diuiſio non competit. Quia ergo nihil eſt ſub hoſtia omnino indiuiſibile, niſi punctus (his ſuperficialiter conſideratis) omnino videt̄ dicendū eſſe, quod in parte punctali hoſtiæ ſit tota quātitas corporis chriſti, & etiam totus chriſtus. Verū quia hoc veritati repugnat, vt prædicta ſophiſticatio ſoluatur, duo declarabimus. Primo enim oſtendemus, quod in parte punctali hoſtiæ nec eſt chriſtus, nec eſt pars chriſti. Secundo manifeſtabimus quomodo intelligendū ſit quantitatē corporis chriſti eſſe ſub hoſtia indiuiſibiliter.

Non eſt Chriſtus in hoſtia per deſcenſum de cœlis.

Propter primū notandū, quod corpus chriſti non incipit eſſe ſub hoſtia, qꝛ deſcendens de cęlo ingrediatur dimenſiones hoſtiæ: quia, cum idē corpus ad diuerſa loca oppoſita non habentia ordinem adinuicem, ſimul ferri non valeat, ſi chriſtus, vt eſt ſub hoſtia, inciperet eſſe pp. deſcēſum eius de cęlo, ſimul in diuerſis altaribus nō poſſet cōfici corpus chriſti idē numero: quod falſum eſt: quia cum corpus per motum localē incipit eſſe alicubi, ibi de neceſſitate localiter exiſtit: eſſet igitur chriſtus localiter ſub hoſtia, ſi ꝓpter deſcenſum localem ibi inciperet eſſe: quo poſito, corpus chriſti circunſcriberet̄ ſub hoſtia, ſicut circūſcribuntur corpora in locis proprijs: & tota quantitas corporis chriſti eſſe non poſſet ſub tam paruis dimēſionibus hoſtię: quę omnia repugnant catholicæ veritati. Reſtat ergo dicendū, quod nō propter motum localē, nec propter deſcenſum de cęlo incipit chriſtus eſſe ſub dimenſionibus hoſtiæ. Sed quia ſubſtātia panis conuerſa eſt in ſubſtantiam corporis chriſti, ideo facta conuerſione eſt corpus chriſti ſub dimēſionibus hoſtiæ, quia ſub talibus dimenſionibus erat prius ſubſtantia panis. Sic. n. ſuo modo eſt in hac conuerſione ſupernaturali, ſicut eſt in generatione naturali: videmus. n. qđ ſi ex aqua generet̄ aer, vbi prius fuerat aqua iam corupta, ibi eſt aer generatus. Si ergo ſubſtantia panis conuertit̄ in ſubſtantiam corporis chriſti, vbi erat prius panis ſubſtantia (ibi facta conuerſione) eſt ſubſtantia corporis chriſti. Cū ergo in parte punctali hoſtię nō poſſit eſſe panis ſubſtantia, ibi eſſe non poterit corpus chriſti, nec etiam pars corporis, cum pluries habitum ſit, ꝙ vbi eſt vna pars corporis, ibi eſt totū corpus. Dicebatur enim ſuperius, ꝙ eſt dare minimam aquam, & minimam carnem, & minimū panem. Poſſet enim adeò modicū accipi de pane, qđ ſi vlterius diuideretur, ſpecies panis ibi reſeruari non poſſet. Cum ergo quātum nō poſſit tantū diuidi, quin ſemper remaneat quātum: panis autē in tātum diuidi pōt, ꝙ non remanet panis: oportet nos dicere, ꝙ non in qualibet parte quantę cūꝗ; quātitatis poſſit reſeruari ſpecies panis. Multo ergo minus reſeruari poteſt in parte punctali. Immo, quia materia nunquā abſoluitur a quantitate, vt patet per phm in pluribus locis, & per Cōmentorē in de ſubſtantia orbis, quia in puncto nō reſeruat̄ ratio quantitatis, materia ſm eſſe actuale, qđ habet, nunquā habet eſſe punctale. Nihil ergo de numero habentium ſpeciem in materia poteſt eſſe in aliqua parte punctali: immo quia ſub parte punctali nec eſt materia, nec pars materiæ (cum materia & quælibet pars eius ſit quanta, eo ꝙ nec materia ſm ſe, nec ſcdm ſuas partes a quantitate poſſit abſolui in parte punctali hoſtiæ) non poterit eſſe panis, nec pars panis, cū panis ſit de numero habentiū ſpeciem in materia. Bene ergo dictum eſt, ꝙ in parte punctali hoſtiæ non poteſt eſſe corpus chriſti, nec pars corporis accipiendo punctale ſm quantitatem; quia in tali parte non pōt eſſe panis, nec pars panis. Verū aūt, accipiendo punctale aliter q̄ acceptū ſit, dicere poſſumus, ꝙ in hoſtia tota eſt totus xp̄s, & in quolibet puncto hoſtiæ etiā eſt totus xp̄s, inferius oſtēdetur. Ad præſens tamen reſtat oſtēdere, quō quantitas corporis chriſti ſit ſub hoſtia indiuiſibiliter, poſtq̄ in parte punctali hoſtię non eſt ſubſtantia corporis chriſti; & per conſequens non eſt ibi eius quantitas. Nam ſi in hoſtia eſt quantitas corporis chriſti median-

te ſubſtantia; ſi in parte punctali nõ poteſt eſſe ſubſtantia corporis chriſti, nec eius quãtitas in tali parte poterit eſſe. Sciendũ ergo, ꝙ ſicut diſtinguimus carnem ſm ſpẽm, & carnẽ ſecundũ materiam: ſic diſtinguere poſſumus panem ſm ſpeciem & panem ſecũdum materiam. Nam ſm
Tex. 35. philoſophum in primo de generatione, capitulo de augmento. In omnibus hñtibus ſpeciẽ in materia poteſt dici hoc ſecũdum materiã, hoc vero ſecũdũ ſpẽm. Sicut ergo illa dicit̃ caro ſm ſpeciem, quæ per ſe accepta habet actionem & operationẽ carnis; ſic ille dicit̃ panis ſecundum ſpeciem, qui per ſe acceptus põt habere aliquã actionem, & operationem panis. Cum ergo ſecundũ ſpeciem ſit dare panẽ atomũ & carnem atomam; quantitas corporis chriſti & totũ corpus chriſti debet eſſe in hoſtia indiuiſibiliter, ſm ꝙ ſtat diuiſio ad partem ſcd̃m ſpeciem, non ad partẽ ſm materiam. Nam diuiſio ſm partes materiales vadit in infinitũ, ſicut diuiſio cõtinui. Nam panis ſcd̃m materiam & caro ſecũdũ materiam diuidi poſſunt; quæ alteri coniuncta habere poſſunt actionẽ panis ſiue carnis. Nõ eſt ergo inuenire panem atomum ſm materiam, nec carnẽ atomam. Nulla eſt enim caro adeò modicæ quantitatis, quæ alteri coniuncta non poſſit habere actionem carnis; ſic etiam de pane & de quolibet alio habente ſpẽm in materia ſentiendum eſt. Si ergo in talibus reperit̃ minimum, quia ſic procedit diuiſio in partibus ſcd̃m materiam, ſicut in partibus continui, minimum in iſtis eſt minimum punctale; reducetur enim minimum in materia ad minimum in quantitate. Et ſic punctus, qui eſt minimum in quantitate, nec eſt quantitas, nec pars quantitatis, loquẽdo de parte integrali; ſic tale minimũ non erit materia, nec pars materiæ. Cum ergo habitum ſit, ꝙ in parte punctali nec eſt corpus Chriſti, nec pars eius: erit corpus chriſti & eius quantitas ſub hoſtia indiuiſibiliter, vt ſtat indiuiſio ad partem ſecundum ſpeciem, non ad partem ſecundum materiam.

Propoſitio, XII.

SI multas partium Chriſti in qualibet parte hoſtiæ non confundit ordinem partium ad ſeinuicem, & ad totum: licet tollat ordinem partiũ ad locum.

Declaratio.

Oſtẽdebatur ſuperius, ꝙ chriſto exiſtente ſub hoſtia competit poſitio, quæ eſt differentia quãtitatis, non autẽ quæ eſt prædicamentũ. Cum ergo poſitio, quæ eſt differentia quantitatis, dicat ordinem partiũ ad totum; illa vero, quæ eſt prædicamentũ, dicat ordinẽ partium ad locũ: ſatis ex illo capitulo poſſet haberi veritas huius capituli, videlicet, quòd modus exiſtendi, quẽ habet chriſtus ſub hoſtia, non tollit ordinẽ partium ad totum, licet tollat eorum ordinẽ ad locum: tamẽ quia parum inſtructis in ſcientia nõ ſatisfit per verba cõmunia, & niſi eis manifeſtentur principia & inde concluſiones educantur, neſciunt ſeipſos mouere, & eorũ non quieſcit intellectus, immo modicũ ligamentũ eos ligat: ideo ne forte ligaret, tales, illius, quòd ſuperius dicebatur, de ſimultate partium chriſti, bonum eſt vlterius aperire veritatẽ. Nam ſi ordo partium in toto requirit, ꝙ caput ſit ſupra pectus, & genu ſit ſupra tibiam: ſi vbi eſt vna pars corporis chriſti, ibi eſt quęlibet pars: inter partes ſic exiſtentes non reſeruabitur dictus ordo. Non enim, vt videt̃, eſt intelligibile, ꝙ caput ſit ſimul cum pectore, & tamen ſit ſupra pectus. Vt ergo tollatur dubitatio tacta duo declarabimus. Primo enim oſtendemus, ꝙ in chriſto exiſtẽte ſub hoſtia de neceſſitate reperitur ordo partiũ ad totum, & ordo partium ad ſeinuicem. Secundo declarabimus, ꝙ ſimultas partium talem ordinem non confundit. Propter primũ notandum, ꝙ ordo partium ad totũ, & ordo earum adinuicem ſunt relationes quædam. Nam ipſa relatio, ſm ſuam quiditatem & eſſentialiter, eſt ordo quidã. Et ordo licet materialiter ſumptus dicat ipſas res ordinatas, formaliter tamẽ & ſm ſe acceptus eſt relatio quædam. Prædicti autẽ ordines ſiue prædictæ relationes cõnexionem quandam habent ad ſeinuicem. Non. n. eſt ordo partium ad totũ, niſi ſit ordo partiũ ad ſeinuicem. Nam niſi ipſæ partes ordinate conſtitutæ eſſent, totum non conſtitueretur; toto autẽ non conſtituto, non eſſet ordo partium ad totum. Si ergo oſtendere poſſumus, ꝙ chriſto exiſtenti ſub hoſtia competit ordo partium ad totum; oſtenſum erit ibi eſſe ordinẽ partium ad ſe inuicem. Notandũ ergo, Chriſtum ſic eſſe ſub hoſtia, quòd partes ſunt ibi rõne totius, non totum rõne partium. Nã, vt ſuperius dicebat̃, chriſtus ex hoc eſt ſub hoſtia, quia ſubſtantia panis conuerſa eſt in ſubſtantiã eius. Sed ſm Innocen iii. in libro. 4.
tium papã, ſic totalis panis in totale corpus con Myſt. Miſſæ.
uertit̃, quòd nulla pars panis tranſit in aliquam partem corporis. Non. n. eſt intelligibile, quòd totũ tranſeat in totũ, & pars in partẽ, niſi illud totum per partes circũſcribat̃, & ſit totũ in toto, & pars in parte. Si ergo eſſet aliquid, qđ eſſet totum in toto, & totũ in qualibet parte: & conuerteret̃ in aliquid, qđ ſimiliter eſſet (facta conuerſione) totum in toto, & totũ in qualibet parte, talis conuerſio ſic eſſet totius in totũ, quòd nullo modo eſſet partis in partẽ. Cum ergo totus panis conuertat̃ in totum corpus chriſti nõ ſm totalitatẽ quantitatiuã, ſm quã panis extendit̃ extenſione hoſtiæ & eſt totus in tota hoſtia, & pars in parte: ſed fiat talis conuerſio ſm totalitatem ſubſtantialẽ, rõne cuius eſt totus panis in tota hoſtia, & totus in qualibet parte: & quia facta conuerſione eſt ẽt totus Chriſtus in ho-

ſtia, & totus in qualibet parte, vt declarabaẽ ſu-
perius pluribus argumentis. Ideo bene dictum
eſt, quòd in hac conuerſione mirabili, ſic eſt cõ
uerſio totius in totũ, quòd nullo modo conuer
tiẽ pars in partem. Sunt ergo in hoſtia partes
rõne totius. Eſt ergo per ſe & primo ſub hoſtia
totum corpus Chriſti, in quod totũ conuertiẽ
tota ſubſtantia panis: & quia non eſt totum ſine
partibus, ſi eſt ſub hoſtia totum corpus chriſti,
ſunt ibi & partes, vt habent ordinem ad totum.
Verum, quia ordo partiũ ad totum (vt diceba-
tur) præſupponit ordinem partiũ ad ſeinuicẽ,
declaratũ eſt quod primo proponebaẽ declarã
dum, videlicet, quòd in chriſto, exiſtente ſub ho
ſtia, reperiẽ ordo partium ad totum, & ordo ea
rum adinuicem. Reliquum ergo declarare re-
ſtat, videlicet, quòd ſimultas partium talem or-
dinem non confundit. Notandum ergo, quòd
ordo partium ad locum, & in vniuerſo, aliquã-
do eſt ſimilis ordini partium ad totũ, aliquando
diſſimilis: & in diuerſis ſpeciebus animatorũ exi
ſtentium ſm ſuum naturale eſſe reperiẽ ſimilis
& diſſimilis. In homine enim, qui habet pedes
verſus terram, & caput erectum ad cęlum, re-
periẽ idem ordo partium ad totum, & ad locũ
ſuum, & ad vniuerſum. Nam partes, quæ ſunt
ſuperiores in toto, quia magis appropinquant
cęlo, ſunt ſuperiores in loco & reſpectu vniuer
ſi. In plantis autem, in quibus radices tenent lo
cum oris in animalibus, reperitur ordo conuer
ſus. Si.n. volumus accipere ſuperius & inferius
in plantis, ſecundũ ordinem partium ad totum
radices ſunt ibi ſuperius & rami inferius, quia
os in animalibus eſt in capite, quod eſt ſuperior
pars animalis. In vniuerſo aũt eſt econuerſo.
Nam cum radices ſint in terra fixæ, ſecundum
locum & ſecundum ordinem vniuerſi radices
ſunt inferius, & rami ſuperius. Eſt ergo homo,
(vt Plato dicebat,) platanus ſiue planta verſa. Si
quis ergo verteret hominem, quòd caput habe
ret verſus terram, & pedes eleuatos in altum; li
cet caput eſſet inferius ſecundum locum, tamẽ
ſuperius eſſet ſecundum ordinẽ ad totum. Vbi-
cũq; enim ſit caput, & qualitercũq; vertatur ani
mal, ſemper erit ſuperius, & pedes erunt infe-
rius, loquendo de ordine partium ad totum.
Si igitur ordo contrarius vniuerſi, & ordo con
trarius ad locum non tollit ordinem partium
ad totũ, nulli debet eſſe dubium, ꝙ ſi ordo par
tium ad locum omnino tolleretẽ, adhuc rema-
neret ordo partium ad totum, Nam ſi poſito
capite verſus terram & inferius, & pedibus ſitis
in altum, caput eſt ſuperius, & pedes inferius:
multo magis, ſi ſimul cum capite eſſent pedes,
non peruerteretur ordo, quin caput ſit ſupra
pedes. Bene ergo dictum eſt, quòd ſimul
tas partiũ corporis chriſti, exiſtentis
ſub hoſtia, nõ tollit, nec cõfun
dit ordinẽ, quem partes hñt
ad ſeinuicẽ, & ad totum.

Propoſitio. XIII.

LIcet Chriſtus ſic non ſit
ſub hoſtia, vt apparet ima
go in ſpeculo: aliquo ta-
men modo eſt in hoſtia,
vt ad ſuperficiem ſpeculi
multiplicatur imago.

Declaratio.

Fuit autem in ſuperioribus ſufficienter oñſum,
Chriſtum non ſic eſſe ſub hoſtia, vt imago ap-
paret in ſpeculo. Ad maiorem tamẽ expreſſio-
nem huius veritatis poſſumus addere rationem
Innocentii papæ dicentis. Scio tamen quod dr̃ *iii. in libro. 4.*
a quibuſdam, ꝙ quãdiu ſpecies panis integra *Myſt. Miſſæ,*
perſeuerat, ſub totali ſpecie totale corpus chri *cap. 8.*
ſti exiſtit. Diuiſa autem, in ſingulis partibus inci
pit eſſe totum: ſicut in ſpeculo dum eſt integrũ,
vna tantum apparet inſpicientis imago: ſed eo
fracto, tot apparent imagines, quot ſunt ibi fra
cturæ. Poſita hac rõne, ſubdit: Porrò cũ Deus
illam virtutem verbis contulerit, vt ad prolatio
nem eorum corpus dominicũ incipiat eſſe ſub
ſpecie ſacramenti, nec illa verba proferanẽ in
fractione, diligenter attendant, & ipſi (qui hoc
docent) reſpõdeant, vnde corpus chriſti, quod
ante fractionem nõ in ſingulis partibus erat to-
tum, ſed ſub totali ſpecie totaliter exiſtebat, poſt
fractionem in ſingulas partes quodammodo ſe
cedit, & incipit eſſe ſingulatim in ſingulis parti-
bus (totum corpus) quod integraliter erat in in-
tegro. Certe non videtur via ad euadendum,
quomodo ſaluare poſſumus, ꝙ per ſolã fractio
nem incipiat eſſe Chriſtus in ſingulis partibus
hoſtiæ, cum virtus tranſubſtantiandi ſubſtan-
tiam panis in chriſti corpus, non ſit data fractio
ni, ſed verbis. Immo, ſi ſic vellemus iudicare de
exiſtentia chriſti ſub hoſtia, ſicut de apparentia
imaginis in ſpeculo, omnino dicẽdum eſſet, cor
pus chriſti non eſſe in hoſtia. Nam imago non
apparet in ſpeculo, nec etiam eſt in ſpeculo. So
lum enim diaphanum corpus ſuſceptiuum eſt
talium intentionũ. Specula autẽ de denſiſſimo
calibe fieri poſſent. Non eſt ergo imago in ſpe-
culo, nec apparet in eo, loquendo de ſpeculis
vſitatis, quæ vtplurimũ ſunt conuexa. Vtrũ aũt
ſit imago, vbi apparet, & quomodo poteſt ap-
parere, vbi non eſt, inquirere non eſt præſen-
tis ſpeculationis. Sufficiat autẽ nobis tantũ pate
factum eſſe, Chriſtum nõ eſſe in hoſtia, nec vt
apparet imago in ſpeculo, nec vt exiſtit in ipſo.
Reliquum autẽ eſt oſtẽdere, aliquo modo chri
ſtum eſſe in hoſtia, vt ad ſuperficiẽ ſpeculi multi
plicatur imago. Ad cuius euidentiam aduerten *Aeg. quodl. 5.*
dum, Intentiones nõ ſuſcipere numerũ a ſubie- *q. 10.*
ctis in quibus ſunt. Poſſunt enim in eadem par
te aeris eſſe diuerſę ſpecies luminarium, quæli-
bet enim pars albedinis ſe multiplicat in toto
medio: & quod dictum eſt de albedine, intelli-

gendum eſt de qualibet ſpecie intentionali. Eſt ergo ſecundum eſſe intẽtionale tota albedo in toto medio,& tota in qualibet parte. Et quod dictũ eſt de medio, ſentiẽdum eſt ẽt de organo. Ad quẽlibet enim punctum oculi multiplicat ſpeciem ſuam quilibet punctus rei viſibilis,ita ꝙ ſimilitudo rei viſibilis ſuſcipiẽ in toto oculo , & tota in qualibet parte . Non tamen in quolibet puncto oculi fit iudicium de quolibet puncto rei viſæ:nam ſi per quẽlibet punctum oculi videremus quẽlibet punctum rei viſibilis, & iudicaremus de quolibet puncto rei viſe,eſſet confuſio in videndo. Appareret enim dextra ſiniſtra:& ſiniſtra dextra. Non.n. iudicare poſſumus,quæ viſibilium eſſent a dextris,& quæ a ſiniſtris; quod apparet ſenſu falſum eſſe. Propoſitis.n .viſibilibus coram nobis,recte iudicamus dextra eſſe a dextris,& ſiniſtra a ſiniſtris;qđ ideo. cõtingit,quia in cancellatione neruorum opticorum, vbi fit iudicium de re viſa,ſolũ per partem dexteram iudicamus de dextris, & per ſiniſtram de ſiniſtris,& per mediam de mediis. Si autem ratio hmõi quæratur,qualiter de parte dextra rei viſibilis fit ſolum iudiciũ in parte dextra, cum ſimilitudo illius partis non ſolum ſuſcipiaẽ in parte dextra .ſed etiam in parte ſiniſtra. & in qualibet parte. Dicendũ,ꝙ licet quilibet pũctus rei viſibilis multiplicet ſpeciem ſuam ad quemlibet punctum organi, tamẽ dextra diametralius & fortius imprimunt ſpecies ſuas in parte dextra, q̃ in aliis partibus. Et quia nõ quælibet impreſſio ſufficit ad videndũ & iudicandũ,ſed ſola impreſſio diametralis & fortis , ideo licet pars dextra viſibilis imprimat ſpeciem ſuã in quolibet puncto organi,& tota etiam ſimilitudo rei viſibilis ſit in qualibet parte organi:non tamen videtur totũ viſibile per quãlibet partẽ oculi; nec de parte dextra iudicamus per quamlibet partem organi ; ſed per dextrã partem organi iudicamus de parte dextra rei viſibilis,& per ſiniſtram de ſiniſtra,eo ꝙ dictæ partes viſibilis in talibus partibus organi fortius ſpẽm ſuam imprimunt;immo. ſi qualiſcũq; impreſſio ſufficeret ad videndum : poſſemus videre quæ eſſent poſt nos,& montes non celarent nobis viſibilia exiſtentia poſt ipſos: Nam ea, quæ ſunt poſt nos,licet diametraliter non poſſint imprimere ſpeciem ſuã in oculum noſtrum , cogimur tamen ad ponendũ, ꝙ oculus noſter aliquo modo ſuſcipiat intentiones viſibilium exiſtentium poſt ipſum. Nam cũ res multiplicet intentionẽ ſuam in toto medio, quæ ſunt retro nos multiplicant ſpeciem ſuam in aere, qui eſt ante nos; & a ſpecie multiplicata in aere ſituato corã oculis noſtris, aliquo modo ſuſcipitur intentio in oculo noſtro: Tamen quia hmõi ſuſceptio eſt debilis, per talem ſuſceptionem nõ iudicamus de viſibilibus. Sic etiam res poſt montem exiſtẽtes pñt multiplicare ſpẽm ſuam vſq; ad aerem, qui eſt iuxta nos,propter qđ oculus noſter põt

Queſitũ de viſione & multiplicatiõe ſpecierũ in oculo.

ſuſcipere ſimilitudines illorum viſibilium: nunquam tamẽ illa viſibilia videnẽ,manente monte in medio: quia ſic conditionibus ſtantibus,nunquam diametraliter & fortiter oculus ſuſcipit ſimilitudines illorum:& forte ſi verum eſt, quod cõmuniter & vulgariter diciẽ, Lyncem videre poſt montem :iſta poſſet eſſe cauſa, quia debilis impreſſio ei ſufficit ad videndũ : poſſunt enim exiſtentia poſt montẽ imprimere ſuas ſimilitudines in oculũ, licet non diametraliter:tamen ſi hoc ponimus, oportet nos ponere aliquã virtutem in oculo animalis prędicti regulantem & dirigentem intẽtiones ſuſceptas, ne longinqua appareant propinqua,& econuerſo: & ne ſiniſtra appareant dextra,& econuerſo. Viſo quomodo intẽtiones & idola multiplicant ſe in medio & organo , de facili eſt videre , qũo imagines & idola ſe multiplicant ad ſuperficiem ſpeculi. Nam cum quilibet punctus ſuperficiei ſpeculi contingat aliquem punctum aeris (quia in quolibet puncto aeris eſt tota intentio & tota imago rei viſibilis)oportet nos dicere,ꝙ non ſolum ad totam ſuperficiem ſpeculi multiplicetur tota imago,ſed ꝙ ad quẽlibet punctum ſuperficiei ſpeculi etiam tota multiplicetur imago. Nõ ergo ſuſcipitur imago in ſpeculo, quia ſpeculũ non oportet eſſe diaphanũ; ſed ſufficit terſum & politum , vt fiat ibi reuerberatio & reflexio, ratione cuius appareat idolum & imago. Si enim eſſet ſpeculũ omnino diaphanũ (quia non obſiſteret viſui ꝑpter tranſparentiam) nullũ appareret idolum ibi. Non igitur oportet in ſpeculo ſuſcipi imaginem: cum ad ſuperficiẽ ſpeculi multiplicatur imago , eo ꝙ ſuperficies attingat medium & aerem ſuſceptiuum intentionaliter horum idolorũ & imaginũ . Eſt ergo aliquo modo ſimile de ſuſceptione organi & de multiplicatione imaginis ad ſuperficiem ſpeculi, nã ſicut tota res viſibilis imprimit ſimilitudinem ſuam in toto organo, & tota in qualibet parte : & ſicut intẽtionaliter quilibet punctus rei viſibilis multiplicat ſpeciem ſuam ad quẽlibet pũctum oculi (non tamen quilibet punctus & quelibet pars rei viſibilis videẽ per quãlibet partem oculi, ſed vna pars viſibilis videtur in vna parte organi & in vno loco) ſic quælibet res viſibilis oppoſita ſpeculo multiplicat ſuam imaginẽ ad quemlibet punctũ ſuperficiei ſpeculi: non tamen videẽ in quolibet puncto;& manente integro ſpeculo, non videẽ vna imago niſi in vno loco. His autẽ diligenter perſpectis, apparet verũ eſſe, qđ proponebatur, videlicet , aliquo modo ſic eſſe corpus chriſti in hoſtia , non ſicut apparet idolum in ſpeculo, ſed ſicut imago multiplicaẽ ad ſuperficiem ſpeculi: quia ſicut tota imago multiplicat ſe ad totam ſuperficiem ſpeculi,& tota ad quemlibet punctũ ſuperficiei, ſic totus Chriſtus eſt in tota hoſtia , & totus in quolibet puncto hoſtię. Sed ſic dicendo videmur contradicere his, que ſuperius diximus: dicebatur.n. in præcedẽtibus,

Nõ eſt imago in ſpeculo.

dẽtibus,ꝙ ſic eſt totus chriſtus in qualibet par-
te hoſtiæ,ꝙ tamẽ in parte punctali hoſtiæ nec
eſt corpus chriſti, nec pars corporis. Sed ꝙ in
hoc non ſit contradictio, cum inferius de hoc
occurret materia, poterit declarari. Ad pręſens
tamen oſtẽſum eſt, quomodo ſit ſimile, & quo
modo diſſimile, prout comparatur xp̃s ad ho-
ſtiam, & imago ad ſpeculũ: ꝓpter quod ſi dictũ
alicuius ſancti inueniat̃, per quod exiſtẽtia chri
ſti in hoſtia accipiatur ſm proportionem, quã
habet imago ad ſpeculũ, diligens inquiſitor nõ
credat eſſe ſimile per oẽm modnm, ſed ei ſuffi-
ciat ſm tactam exilem ſimilitudinem exponere
dicta ſanctorum.

Propoſitio. XIIII.

SEcundum doctorum
ſentẽtias videtur eſſe
tenendum, ꝙ chriſtus
vt eſt in loco proprio,
& vt habet eſſe in ho
ſtia, ad corpora glorifi
cata modo oppoſito comparatur.

Declaratio.

Videtur enim eſſe cõmunis doctorum ſentẽtia
ꝙ corpus glorificatum cum non glorificato ſi-
mul in eodem loco poteſt exiſtere: glorificatũ
autem cum glorificato ſimul eſſe non poteſt.
Hoc autẽ quo modo verum eſt, non diffinie-
mus ad pręſens; ſed auxiliante deo, ſi locus oc-
curret, vt de corporibus reſurgẽtium poſſimus
aliquem tractatum componere, ibi oſtẽdemus,
quo modo veritas ſic ſe habeat, vt proponeba-
tur. Tamen vt aliqualiter quieſcat intellectus,
poteſt ad hoc talis ratio aſſignari; quia quæ ſm
eandẽ rõnem comparantur ad locum, nõ vide
tur, ꝙ in eodẽ loco ſimul poſſint eſſe; ſed quæ
differenter cõparantur, non eſt inconueniens,
ſimul eſſe. Videmus. n. ꝙ angelus & corpus ſi-
mul eſſe poſſunt, quia ſpirituali ſubſtantiæ non
cedit corporalis, vt poteſt haberi a Damaſce. li
bro. 2. cap. 3. vbi ait: ꝙ angeli non circũſcribun-
tur, nec continent̃ a parietibus, & ianuis, & clau
ſtris. Sic etiam ſubſtantia ſeparata, & anima in
eodẽ corpore poſſunt eſſe: demones enim ſub
intrant corpora humana, vt poteſt haberi ex
textu Euangelico. Cum ergo anima rationalis
ſit in qualibet parte corporis tota, vt vult Aug.
6. de tri. cap. 7, in quacũq; parte corporis pona-
tur demon ſimul in illa parte erit demon & ani
ma. Sed hæc ideo contingunt, quia ſpiritus &
corpus non eodem modo comparantur ad lo
cum: & demon & anima non eodẽ modo ſunt
Aeg. quodl. 2. in corpore. Sic etiam deus eſt in qualibet crea-
q. 17. tura, & eſt ſimul cum qualibet creatura, qa nõ
eodem modo eſt in loco creatura, & deus; ſed
duæ animæ non ſimul poſſunt eſſe in corpore
eodem; & duo angeli non poſſunt eſſe in eodẽ
loco; & ſi eſſent duo dii, vbi eſſet vnus, nõ poſ-
ſet eſſe alius. Quia ergo duo corpora glorifi-
cata eodem modo comparant̃ ad locũ: per nul
lam ꝓprietatẽ exiſtentẽ in corpore glorificato,
poteſt vnum corpus glorificatũ eſſe cũ alio cor
pore glorificato, niſi hoc deus faceret ſpeciali
miraculo: ſed corpus glorificatum & non glo-
rificatum diuerſimode comparant̃ ad locum,
ideo non eſt inconueniens, etiam abſq; miracu
lo, talia duo corpora ſimul eſſe. Non. n. videtur
rõnabile, ſemper ad motũ cuiuſlibet corporis
glorificati, deum operari ſpeciale miraculum: li
cet enim ſit alia claritas Lunæ & alia claritas So
lis, & corpora glorificata non ſint paria, vnum
tamẽ nõ eſt materiale reſpectu alterius, propter
qđ duo talia corpora in eodem loco ſimul eſſe
non poſſunt: ſicut quia omnis albedo ſm ean-
dem rõnem videtur cõparari ad ſuum propriũ
ſuſceptiuum, quãtũcunq; vna albedo ſit clarior
alia: duæ tamẽ albedines in eodẽ ſubiecto eſſe
ſimul non pñt. Vtrũ autem per miraculũ poſſet
fieri aut nõ, nõ eſt præſentis ſpeculationis. Tan
tum tamen dictũ ſit, ꝙ ſicut duæ formæ eiuſdẽ
rationis non pñt eſſe in eadẽ parte ſubiecti, vt
duæ albedines non poſſunt eſſe in eadem parte
Pomi: diuerſarum tamẽ rationum poſſunt, vt
ſaporem & colorẽ eſſe in eadẽ parte Pomi, nõ
videt̃ inconueniens: ſic duo corpora glorifica-
ta, & duo non glorificata (niſi per ſpeciale mira
culũ) ſimul eſſe non pñt. Corpus tamẽ glorifica
tum cum non glorificato, etiã abſq; miraculo,
ſimul eſſe, non videt̃ inconueniens. Hoc viſo
& his ſuppoſitis, ſequi videtur, ꝙ chriſtus, vt eſt
ſub hoſtia, & vt eſt in loco proprio, ſiue vt eſt
in cęlo, ad corpora glorificata, & ad corpora
non glorificata comparat̃ oppoſitè. Nam vt eſt
in cęlo, & vt eſt alicubi localr̃, poteſt ſimul eſſe
cum corpore nõ glorificato, ſed nõ poteſt eſſe
cum corpore glorificato, niſi fiat ibi ſpeciale dei
miraculũ: ſed, vt eſt ſub hoſtia, eſt ecõuerſo, qa
non põt eſſe ſimul cum corpore nõ glorifica-
to, niſi forte per ſpeciale dei miraculũ: ſed nõ vi
detur repugnare corpori glorificato, quin poſ
ſit eſſe ſimul cũ hoſtia. Vt autem hoc appareat,
notandum, ꝙ (quia dimenſiones corporis chri
ſti ſunt in hoſtia mediante ſubſtantia) ſi hoſtia
conſecrata non põt eſſe ſimul cum alio corpo-
re, hoc non eſt ratione dimenſionum corporis
chriſti: quia ſic eſt corpus chriſti ſub hoſtia, qđ
non eſt aptũ natũ reſiſtere aliis dimenſionibus,
cum dimenſiones corporis chriſti non ſint ibi
per ſe. Tota ergo cauſa iſtius reſiſtentiæ ſunt di
menſiones ipſius hoſtię: nam ſm p̃hm ſi dimen *7. phy. t. 35.*
ſiones eſſent ſeparatæ adhuc reſiſterent, & nõ
compaterent̃ ſecum dimenſiones alias: licet er-
go dimenſiones hoſtiæ cõſecratæ ſint ſine ſub-
iecto: tamen, quia per ſe eſt dimenſionũ reſiſten
tia, dimenſiones illæ reſiſtunt, & nõ compatiun
tur ſecum dimenſiones alias, niſi eſſent tales di-
menſiones, quæ difformiter comparent̃ ad lo-
cum: huiuſmodi ſunt dimẽſiones corporis glo-

rificari. Si ergo dimẽſiooes corporis chriſti oul
lam reſiſtentiã faciunt, quin poſſit eſſe hoſtia cõ
ſecrata ſimul cum alio corpore, ſed tota ratio re
ſiſtentiæ ſumitur ex dimenſionibus hoſtiæ per
ſe loqueodo, quodcũq; corpus quod poterat
ſimul eſſe cum hoſtia noo conſecrata, poterit
ſimul eſſe cum hoſtia conſecrata: corpori autẽ
glorificato (quia nõ repugnat ei eſſe ſimul cum
hoſtia non conſecrata, eo ꝙ corpus glorifica-
tum ſimul cum non glorificato eſſe põt) non re
pugnabit eſſe ſimul cum hoſtia conſecrata. Se-
cundũ ergo hãc viam, idem corpus chriſti poſ-
ſet ſimul ſacramentaliter & localiter eſſe, ſed nõ
eodem modo: ſed ſacramentaliter eſſet ibi, eo ꝙ
ſubſtantia panis eſſet cõuerſa in corpus eius: lo
caliter autem ibi eſſet per dimẽſiones proprias.
Si enim corpus chriſti glorioſum potuit ſimul
eſſe cum iaouis, poteſt ſimul eſſe cũ hoſtia non
conſecrata: & per conſequens ſimul eſſe poteſt
cum hoſtia conſecrata. Aduerteodum tamẽ, ꝙ
& ſi nõ repugnat corpori glorificato ſimul eſſe
cum hoſtia conſecrata, tamẽ propter reueren-
tiam ſacramenti nunꝗ hoc cõtingit; immo ſi ali
quis ſanctus, habens glorificatũ corpus, videret
aliquam hoſtiam conſecratã (quia credibile eſt
ꝙ per aliqua ſigna, vel per reuelationem, vel ali
quo alio modo cognoſceret ibi corpus chriſti)
non tranſiret per ipſam, ſed eam adoraret & ve
neraretur, vidẽs ibi eſſe illum Deum, per quem
facta eſt redemptio totius humani generis. Im-
mo, quia peccaret, ſi talem hoſtiam videns non
venerareť eam, ſed tranſiret per ipſam, bonum
intellectum habere poſſet dictum dicẽtis, Cor
pus glorificatũ nõ ſimul poſſe eſſe cum hoſtia,
non propter reſiſtentiã dimenſionum, ratione
cuius de poſſibilitate & impoſſibilitate loqui in-
tendimus, ſed quia habentes glorificata corpo
ra peccare non poſſunt. Manifeſtum eſt ergo
quomodo corpus glorificatum põt eſſe ſimul
cum corpore chriſti, vt exiſtit in hoſtia. Qđ au
tem corpus non glorificatum non poſſit ſimul
eſſe cum hoſtia conſecrata patet; quia dimenſio
nes remanent ipſius hoſtiæ, quæ ſecum non cõ
patiuntur dimeoſiones alias non glorioſas. Pa
tet ergo, ꝙ ratione dimẽſionum corporis chri-
ſti, vt habet eſſe in loco proprio, & in hoſtia, eſt
comparatio oppoſita ad corpora glorificata &
non glorificata, modo, quo dictum eſt: quod
declarare volebamus.

Propoſitio. XV.

CHriſtus, prout exiſtit in ho
ſtia, videri nõ poteſt ab ali-
quo alio oculo corporali.

Declaratio.

Conſequenter reſtat oſtendere, ꝙ nullus alius
a chriſto videre põt chriſtum exiſtentem in ho
ſtia corporali oculo. Hoc autem declarare poſ
ſumus triplici via. Eſt autem in quolibet ſenſu
tria conſiderare. ſ. Obiectum, qđ ſentimus: Mo
dum, quem habemus in ſentiendo, & Mediũ
per quod defertur ſpecies ſenſibilis vſq; ad or-
ganum ſenſus. Primo ergo oſtendemus, Chri
ſtum non poſſe videri ab aliquo alio corporali
ter, prout exiſtit in hoſtia, ex parte ipſius obie-
cti ſenſibilis. Ad cuius euidentiam notandũ ſm
phm in. 2. de anima, ꝙ ſenſibile dicitur triplici- T.c.63.
ter: quoddam enim eſt ſenſibile proprium, vt
illud, quod percipitur vno ſenſu, vt color viſu,
& ſonus auditu, & cætera alia ſenſibilia, quæ
ſentiuotur vno particulari ſenſu. Senſibile vero
cõmune eſt illud, qđ percipitur pluribus ſenſi-
bus, vt magnitudo, ſiue quantitas continua, nu
merus, motus, quies, & figura. Horũ autẽ vnũ-
quodq; nõ ſolum vnus ſenſus percipit, ſed plu-
res, ideo huiuſmodi ſenſibilia, licet ſint ſenſibilia
per ſe, nõ per accidens, dicunť tamen ſenſibilia
cõmunia rõne pluriũ ſenſuum, quorũ ſunt ob-
iecta. Senſibile vero per accidens eſt illud, quod
nihil efficit in ſenſu: tamen, quia eſt ſubiectũ vel
coniunctum ei, qđ ſentitur per ſe, diciť ſenſibi-
le per accideos, vt Diaris filius per accidens ſen
titur, quia in eo habent eſſe magnitudo, & co-
lor, quæ ſentiuntur per ſe. Inter hæc autem ſen
ſibilia eſt hic ordo: quia ſenſibile cõmune & ſi
ſentitur per ſe, non tamẽ ſentiť primo. Nã illud
eſt primum (ſm phm in primo poſteriorũ) cui Cap.4.
eſt alteri per ipſum, noo ipſi per alterum: vt, q̃a
habere tres competit triangulo primo, cuicũq;
competit talis paſſio, competit per triangulum:
& ſi ab omni alio remouereť habere tres, nõ re-
moueretur a triangulo. Si ergo ſenſibilia cõmu
nia ſentirentur primo, ſi nihil aliud ſentireť, ad-
huc poſſet ſentiri magnitudo, & qđlibet aliud
ſenſibile cõmune: hoc aũt eſt falſum. Nã ſi eſſet
aliquid, quod eſſet quantum, & non haberet in
ſe aliquã qualitatẽ ſenſibilẽ nõ poſſet ſentiri ali
quo ſenſu: nunquã. n. videmus aliquod quan-
tum, niſi ſit coloratũ, vel lucidum: nec aliquod
quantum tangi põt, niſi ſit durũ, vel molle, vel
habeat in ſe qualitates actiuas, & paſſiuas. Et ſic
diſcurrendo per cæteros ſenſus, manifeſte ap-
parebit, ꝙ nunꝗ ſentiť ſenſibile cõmune, niſi ha
beat annexum ſeoſibile ꝓprium, mediãte quo,
moueat ſenſum: Et inde eſt, ꝙ mathematicus
abſtrahit a quali, licet non abſtrahat a quanto:
dicitur tñ abſtrahere a materia ſenſibili; q̃a quã-
tum nunquã facit ſe in ſenſu, niſi mediante qua
li. Si ergo ſenſibile cõmune nunꝗ mouet ſen-
ſum, niſi mediante ſenſibili proprio, multo ma-
gis ſenſibile per accidens per ſe acceptum non
põt mouere ſenſum: ſm. n. quandã adaptatio-
nem loquendo, dicere poſſumus, ꝙ a ſenſibili
proprio habet eſſe actio: ſed a ſenſibili cõmuni
habet eſſe modus agendi: a ſenſibili vero per ac
cidens nec eſt (proprie loquendo) imediate ac
tio, nec modus agendi: color. n. ipſe & lux agũt
& mouent viſum: quia quicquid videť, videtur
per modum pyramidis & ſub angulo: modus
ergo agẽdi ſumitur a magnitudioe, & a ſuperfi-
cie

Digitized by Google

cie, quæ eſt baſis illius pyramidis, ſm quã percipitur viſibile: filius autẽ Diaris, qui ſentitur per accideos, nec proprie & immediate agit in ſenſu, nec ab eo ſumitur modus agendi proprie. Loquendo ergo de tactu naturali, immediatius attingit paſſum qualitas, q̃ quantitas, quia quantum noo mouet paſſum, niſi mediante quali: immediatius.n. color mouet aerem, & viſum, q̃ ſuperficies. Cum ergo in ſacramento euchariſtiæ per ſe primo ſit ibi ſubſtantia, ex cõſequenti aũt & ex naturali cõcomitantia ſunt ibi cætera accidentia, cum quãtitas immediatius adhęreat ſubſtantię, q̃ qualitas, vt oſtendit Commentator in
Com. 2. 12. metaphyſicorũ, naturali ordine in hoc ſacramento eſt prius & ĩmediatius quãtitas, quàm qualitas. Si ergo corpus chriſti exiſteos in hoſtia deberet agere in viſum (quia ſicut res ſe habet ad eſſe, ita ſe habet ad agere) immediate moueret viſum ſubſtantia: & mediante ſubſtantia, moueret viſum quãtitas: & mediante quãtitate, qualitas; & eſſet ibi totus modus contrarius modo, quem videmus io actione ſenſibilium; quod ſtare non põt. Immo cum ſubſtantia ſit ſenſibilis omnino per accidens, & immediate non poſſit agere in ſenſum: & etiam cum quãtitas per ſe, niſi qualitas intercidat media, oon poſſit mouere ſenſum; patet qđ ex parte ipſius obiecti ſenſibilis, qđ chriſtus exiſtẽs ſub hoſtia nec viſu, nec alio ſenſu ſentiri põt: quod primo proponebatur declarandum. Secunda autẽ via ad oſtendẽdum hoc idẽ ex parte modi agendi de leui patet. Nam modus agendi in viſum (vt tactum eſt) eſt per modum pyramidis: huiuſmodi autẽ pyramidis baſis eſt quantitas, nunq̃ enim põt eſſe pyramis niſi habeat baſim extenſam. Nunq̃ ergo poterimus ſaluare modum videndi, ratione cuius non poſſumus dicere, ꝙ chriſtus videatur in hoſtia: hoc autem patet ex eo qđ chriſtus nõ eſt in hoſtia modo extenſo: quia non eſt totus chriſtus in tota hoſtia, & pars in parte: ſed eſt totus in tota, & totus io qualibet parte. Qđ autem ſic ſe habet eſſe alicubi, non põt eſſe baſis alicuius pyramidis. Rurſum (quia eſt ibi quantitas mediante ſubſtantia, & non eſt ibi chriſtus quãtitatiue, licet ſit ibi quãtus, cum pyramis nõ poſſit fundari immediate per ſubſtantiam, eo ꝙ pyramis, & omnis figura ſit qualitas in quaotitate, vel quaotitas in qualitate vt dĩ in prædica-
Tex. 18. et. 7. mentis, & etiam vt habetᷣ io. 5. metaphyſicorũ)
phyſ. t. 15. nullo modo ſaluare poſſumus quod Chriſtus videatur ſub hoſtia ab aliquo alio, cum ibi ſaluare noo poſſumus modum videndi. Nunq̃ enim agens agit in paſſum, niſi ſit ibi debitus ordo, & debita proportio inter actiuũ & paſſioõ: & niſi ſit ibi omnis ille modus, qui de oeceſſitate requiritur ad actionem & paſſionem; ſicut, ablato modo agendi, ceſſat actio, ſic, non exiſteote modo videndi, non eſt viſio. Tertia via ex parte medii ſic habetur. Nunq̃.n. ſenſibile mouet ſenſum, niſi immediate attingat medium, per qđ deferatĩ ſpẽs ſenſibilis vſq; ad organum ſenſus; Chriſtus autem, vt eſt io hoſtia, nullo modo immediate attingit aerem, ſed dimenſiones hoſtiæ immediate aerem attingunt. Ipſa ergo hoſtia, vel ipſæ dimenſiones panis poterunt percipi viſu, Chriſtus autem ibi exiſtens videri non poterit. Non poſſumus autẽ dicere, qđ quia dimenſiones illæ videntur, ſub quibus exiſtit chriſtus, ideo chriſtus videatur per accidens; ſicut filius Cleonis per accidẽs vĩ, quia ſuperficies colorata, ſubqua exiſtit filius Cleonis, videtur per ſe. Nam dimẽſiones hoſtiæ oon ſunt in chriſto ſicut in ſubiecto, ſicut ſuperficies colorata eſt io ſubiecto & in filio Cleonis; & illæ dimenſiones panis noo ſunt aptæ natę ducere in cognitionem ſubſtantiæ corporis chriſti, ſicut illa ſuperficies eſt apta nata ducere in cognitionem ſubſtantiæ filii Cleonis. Patet ergo, Chriſtum non videri ab aliquo alio, nec percipi aliquo ſenſu put habet eſſe ſub hoſtia; quod declarare volebamus.

Propoſitio. XVI.

CHriſtus oculo corporali ſe non videt in hoſtia, prout in hoſtia habet eſſe.

Declaratio.

Communiter a doctoribus dĩ, qđ licet chriſtus exiſtens in hoſtia ab aliquo alio videri corporaliter non poſſit, a ſeipſo tamen oculo corporali videtur: hmõi autem veritatis modum & cauſam declarare non eſt facile. Dixerunt autẽ qui- D. Thom. 4.
dam, qđ quia oculus chriſti eſt in hoſtia, ideo ſe ſent. diſt. 10.
ipſum in hoſtia videre poteſt: ſed alius oculus art. 4. ad pri-
videre chriſtum in hoſtia exiſtentem non põt, mum argum.
eo quòd omnis alius oculus præter oculũ chriſti non eſt in hoſtia, ſed extra hoſtiam. Hoc autem, vt dĩ, non quietat intellectum: videtur.n. tale dictum petere quod eſt in contrario; quia chriſtus nõ ſe videt in hoſtia ratione qua in hoſtia habet eſſe. Ad cuius euidẽtiam notandum, quòd nunq̃ fit ſenſus, niſi ſenſibile moueat organum ſenſitiuum, & niſi imprimat ſuam ſpeciem in ſeoſum, quia nihil agit, niſi ſm quòd eſt in actu. Cum ergo virtus viſiua fiat in actu per ſpeciem viſibilem, niſi viſibile ageret in viſum, nunquam eſſet viſio. Ad hoc autẽ quòd agens agat in aliquid, duo requiruntur. Primo enim requiritur, quòd agens ſit in ea diſpoſitiõe, quòd poſſit agere: propter qđ, niſi ſenſibile eſſet in ea diſpoſitione, quòd poſſet mouere ſenſum, nullus fieret ſeoſus. Secundo requiritur, qđ paſſiuum ſit in ea diſpoſitione, quòd poſſit moueri ab actiuo; ꝓpter quod quantumcunq; ſenſibile eſſet in ea diſpoſitione, quòd poſſet mouere organum, ſi tamen ſenſus non eſſet in diſpoſitione, qua poſſet moueri, & qua poſſet pati ab ipſo ſenſibili, etiam nõ fieret ſenſus. Hac autẽ duplici via declarare poſſumus, Chriſtum non videre ſe in hoſtia, vt exiſtit in hoſtia. Si enim chriſtus, vt

Digitized by Google

exiſtit in hoſtia, ſe videret, oporteret nos dice-
re. Chriſtum ibi exiſtentem eſſe in ea diſpoſitio-
ne, quod poſſet mouere viſum, & oculum eius
ibi exiſtentem eſſe in illa diſpoſitione, quòd poſ
ſet immutari a ſenſibili. horum vero neutrũ ve
rum eſt: nam illa triplici via, qua declaratum fuit
in præcedentibus, Chriſtum exiſtentem in ho
ſtia non eſſe in ea diſpoſitione, qđ imutare poſ-
ſet oculum alicuius alterius, oſtendi põt, Chri-
ſtum ibi exiſtentem in ea diſpoſitione non eſſe,
quòd immutare poſſit propriũ organum ſenſi
tiuum. Dicebatur enim primo, qđ quia ſubſtan-
tia eſt ſenſibilis ſolum per accidens, & non ſen
titur, niſi mediante quantitate & qualitate: quali
tas autem & quantitas, & cætera accidentia ſunt
in hoc ſacramẽto mediante ſubſtantia: Si ergo
ipſa ſubſtantia immediate ſentiri non põt, opor
tet quòd talia non ſint in ea diſpoſitione, quòd
poſſint ſentiri, & quòd poſſint immutare viſum:
igitur ſicut alius oculus ab oculo chriſti non vi
det ipſum, vt eſt in hoſtia, quia ab eo immutari
non poteſt: ſic nec chriſtus, vt exiſtit in hoſtia, a
ſeipſo videri poterit; quia oculus eius a ſeipſo, vt
exiſtit in hoſtia, immutari non valet. Secundo,
chriſtus exiſtens in hoſtia (vt dicebatur) non vi
detur ab alio oculo corporali, quia ibi ſaluari
non põt modus vidẽdi: ſemper. n. videmus ſub
angulo, & videmus modo pyramidali, cuius py
ramidis baſis eſt res viſibilis. Quia ergo chriſtus
non eſt in hoſtia modo extenſo, nullius pyra-
midis poteſt eſſe baſis, ideo ab alio videri nõ po
teſt: & ſi nõ videtur ab alio (quia ibi ſaluare nõ
poſſumus modum vidẽdi) ſic etiam nec a ſeipſo
videbitur, vt exiſtit in hoſtia, ex quo modus vi-
dendi ibi ſaluari non põt. Tertio oſtendebatur
hoc idem ex parte medii, quia nunquã viſibile
eſt in ea diſpoſitione, vt poſſit videri, niſi imme
diate attingat aerem vel aliquod diaphanũ. Et
quia non cõpetit chriſto exiſtenti ſub hoſtia im
mediate attingere diaphanum, concludere poſ
ſumus, qđ non ſolũ ab alio, ſed etiam a ſeipſo
non videt chriſtus, vt exiſtit in hoſtia. Omnes
ergo illæ rõnes, per quas concludebamus, chri
ſtum exiſtentem in hoſtia non videri ab alio, qa
nõ eſt ſic ſenſibilis, qđ ſit in ea diſpoſitione, qua
poſſit viſum immutare, adaptari poſſunt, quòd
etiam a ſeipſo videri non poſſit. Immo præter
rõnes ſumptas ex parte ſenſibilis, poſſumus ad-
ere rõnes ex pte organi. Triplici enim via cõ-
cludere poſſumus, chriſti oculum, vt eſt in ho-
ſtia, non eſſe in ea diſpoſitione, qua poſſit a ſen
ſibili immutari. Primo, quia nunquã viſus eſt in
ea diſpoſitione, vt poſſit immutari a viſibili, niſi
ſit ibi debita diſtantia inter organum & rem vi-
ſam; ſenſibile enim poſitum ſupra ſenſum nullũ
T.c.75. facit ſenſum, vt dicitur in. 2. de Anima. Quia er
go ſic eſt chriſtus in hoſtia, qđ vbi eſt oculus,
ibi eſt quodlibet membrũ chriſti, vt oculus chri
ſti exiſtit in hoſtia nullum membrũ chriſti vide
re poterit; non ergo chriſtus vt exiſtit in hoſtia
ſeipſum videre poteſt. Secundo declaratur hoc
idem, ſi conſideramus iudicium rerum ſenſibi-
lium: nam vbi organum non habet eſſe modo
quantitatiuo, nunquã poterit iudicare recte de
re viſa: nam (vt ſuperius dicebatur) ideo dextra
apparent dextra, & ſiniſtra ſiniſtra, & non falli-
mur in videndo, iudicando eſſe a dextris quæ
ſunt a ſiniſtris, quia per partem dextram organi
iudicamus de dextris, & per ſiniſtrã de ſiniſtris.
Cum ergo oculus chriſti non ſit modo quan-
titatiuo in hoſtia, non videbit ſe chriſtus, vt ibi
exiſtit, quia non haberet rectũ iudicium de re
viſa: immo, ſi conſideratur hæc cauſa, non ſolũ
arguit oculum chriſti non eſſe in ea diſpoſitio-
ne, vt eſt in hoſtia, qua recte poſſit iudicare de
viſibili, ſed etiã per dictam cauſam manifeſte ha
betur, non eſſe in ea diſpoſitione, qua poſſet ha
bere aliquod iudicium de re viſa; dicebatur. n.
ſuperius, ꝙ nunquã fit viſio, niſi viſibile quodã-
modo diametraliter imprimat ſpeciem ſuam in
organum ſenſitiuum. Cum ergo diametralis
impreſſio quendam modum quantitatiuum im
portet, oculus chriſti (quia modo quantitatiuo
non eſt in hoſtia) vt ibi exiſtit, non poterit ſic
ſuſcipere ſpeciem, & per conſequens nõ erit ibi
viſio, nec iudicium de re viſa. Tertio hoc idem
oſtenditur, quia nullum naturale agens imme-
diate attingit paſſiuũ, vt eſt quid, ſed vt eſt quan
tum, vel vt eſt quale. Sicut enim a nulla ſubſtan
tia creata egreditur actio immediate, ſed omne
creatum agit per aliquã virtutem ſuperadditam
ſuæ ſubſtãtiæ: ſic nulla creatura ab aliquo crea
to agente, vt habet rationem paſſiui, immediate
attingitur, vt eſt quid: oſtendebatur enim in cõ
mento primæ propoſitionis, ſolum deũ imme
diate attingere paſſiuum, vt eſt quid. Dicamus
ergo, ꝙ ſicut chriſtus non videt in hoſtia, quia
vt ibi exiſtit non eſt in ea diſpoſitione qua poſ-
ſit ſentiri, & qua poſſit organum immutare (qa
ſubſtantia corporis chriſti, & quælibet ſubſtan-
tia creata immediate non põt imutare ſenſum,
nec eſſe immediatũ principiũ alicuius actionis)
ſic oculus chriſti, vt exiſtit in hoſtia, non eſt in
ea diſpoſitione, qua poſſit ſpeciem ſuſcipere, &
qua poſſit immutari a ſenſibili, quia ſubſtantia
non poteſt eſſe immediatũ principiũ paſſionis:
nam cum quiditas & ſubſtantia creata conſide
ratur ſine quanto, & ſine quali, nec conſideratᷣ
vt actiua, nec vt paſſiua. Si igitur omnia accidẽ
tia corporis chriſti ſunt in hoſtia mediante ſub
ſtantia, chriſtus rõne qua eſt in hoſtia, nec imu
tabit, nec immutabitᷣ, nec videbit, nec videbitur.
Apparet ergo quodãmodo impoſſibilius eſſe,
Chriſtum ea rõne, qua eſt in hoſtia exiſtens, vi
deri a ſeipſo, ꝙ̃ ab alio: nã ſi nos non poſſumus
videre chriſtum exiſtentem in hoſtia, hoc non
contingit ex parte organi, eſt. n. oculus noſter
in ea diſpoſitione, ꝙ poteſt immutari a ſenſibi-
li: ſed tota cauſa ſumitur ex parte obiecti, vt qa
chriſtus nõ eſt in hoſtia, quòd poſſit viſum im-
mutare.

mutare. Sed ſi chriſtus, ratione qua exiſtit in hoſtia, ſe non videt, tam ex organo q̄ ex obiecto ratio ſumi poteſt (non eſt enim chriſtus in hoſtia ſub ea diſpoſitione, qua poſſit ſenſum immutare, nec vt oculus eius ibi ſic exiſtit, ꝙ poſſit a ſenſibili immutari) bene dictum eſt, ꝙ chriſtus non ſe videt in hoſtia, rõne qua in hoſtia habet eſſe: quod declarare volebamus.

Propoſitio. XVII.

CHriſtus ſe videt in hoſtia, prout extra hoſtiam habet eſſe.

Declaratio.

Crederet forte aliquis ſimpliciter concedendũ eſſe, chriſtum non videre ſe in hoſtia, eo ꝙ pluribus rõnibus ſit oſtenſum, ꝙ chriſtus exiſtens in hoſtia ratione qua exiſtit in hoſtia, ſe non videt: hoc autem non patiẽ veritas, quia Chriſtus ſimpliciter oculo corporali ſe videt in hoſtia, non tamẽ ſe videt rõne qua ibi exiſtit, ſed ex eo ꝙ extra hoſtiam habet eſſe. Simpliciter enim cõcedendũ eſt, ꝙ homo ſit aliquo colore coloratus, licet homo, vt homo eſt, nec ſit albus, nec niger, nec medio colore coloratus. Nam ſimpliciter propoſitio iudicanda eſt vera, ſi prædicatũ conuenit ſubiecto i dato ꝙ in tali propoſitione non exprimatur ratio, & cauſa veritatis. Nam ſi ædificare conuenit homini ſimpliciter, hęc propoſitio iudicanda eſt vera, qua dicitur, ꝙ homo ędificat, licet in ea non exprimatur ratio, & cauſa veritatis. Homo enim, vñ homo eſt, non habet qđ ædificet, ſed homo ędificat in quantũ ędificator, nõ in quantũ homo. Eſt enim hæc propria & per ſe, Aedificator ædificat. Sic, quia videre ſe in hoſtia conuenit ipſi chriſto, ſimpliciter fatendum eſt, Chriſtum ſe videre in hoſtia, licet in tali dicto non exprimatur ratio, & cauſa veritatis. Declaratum eſt enim ſupra, chriſtum ſe non videre rõne qua exiſtit in hoſtia: nũc ergo reſtat declarare, ꝙ chriſtus ſe videt in hoſtia, ex eo ꝙ extra hoſtiam habet eſſe. Ad cuius euidentiam aduertendũ eſt, ꝙ licet ſola ſubſtantia corporis chriſti ſit in hoſtia ex vi ſacramẽti (eo ꝙ ſolum in talem ſobſtantiam, panis ſubſtantia ſit conuerſa) ex naturali tamen concomitantia eſt ibi chriſti quantitas, & etiam chriſti anima, & omnes virtutes animæ tam organicæ q̄ non organicæ, & qcqͥd habet eſſe in hmõi virtutibus: cum enim ſubſtãtia corporis chriſti habeat naturalem cõnexionẽ ad omnia iſta, vbicunq; erit eius ſubſtantia, ibi oportet eſſe omnia prædicta. Cũ igitur chriſtus, vt eſt in cęlo, ſeipſum videat, & oculus chriſti ſuſcipiat ſpeciẽ Chriſti, vt eſt in cęlo (quia oculus chriſti eſt in hoſtia, & eſt idem oculus chriſti, qui eſt in cęlo, & in hoſtia) ſpecies illa viſibilis, quæ eſt in oculo Chriſti exiſtente in cęlo, eſt in oculo eius exiſtẽte in hoſtia. Non ergo Chriſtus ſe videt in hoſtia, ꝙ membra eius, vt in hoſtia exiſtunt, poſſunt ſpeciem ſuam imprimere in oculum chriſti, ſed qa oculus chriſti, exiſtens extra hoſtiam, ſuſcipit ſimilitudinem membrorum chriſti. Ideo ex naturali concomitantia illa ſpecies, & illa ſimilitudo habet eſſe in illo oculo in hoſtia exiſtente, propter qđ poteſt ſe in hoſtia videre: immo (cum viſio non ſit in re viſa, ſed in vidente, eo ꝙ videre & intelligere & huiuſmodi actus animæ nõ ſint tranſeuntes in exteriorem materiam, ſed habent naturalem ordinem ad potentias in qbus exiſtunt) ſi oculus chriſti idẽ numero, qui eſt in cęlo, eſt in hoſtia, illa eadem viſio, & ille idem actus vidẽdi numero, qui eſt in oculo Chriſti exiſtente in cęlo, eſt etiam in oculo chriſti exiſtente in hoſtia. Quia ergo chriſtus ſe videt in cęlo, ideo ſe videt in hoſtia: non eſt.n. poſſibile eſſe actionem in aliquo agẽte, niſi illud agens agat, impoſſibile eſt enim ꝙ actus intelligendi ſit in intellectu, & intellectus non intelligat; non eſt ergo poſſibile, ꝙ ſit actus vidẽdi in aliquo oculo, & tamen ille oculus non videat. Patet ergo ſimpliciter verum eſſe, Chriſtũ ſe videre in hoſtia, tamẽ (vt oſtenſum eſt) videt ſe ex eo qđ extra hoſtiam habet eſſe. Ex quo patet, ꝙ, cum ſpecies rei viſibilis non conſeruetur in oculo, niſi ad præſentiam rei viſę, ſi poſito per impoſſibile, chriſtus (quod abſit) deſineret eſſe extra hoſtiam, & non eſſet alicubi tanquam in loco proprio, ſed ſolum ſacramentaliter in hoſtia haberet eſſe (niſi fieret ibi ſpeciale miraculum) ſe in hoſtia non videret. Oculus enim chriſti (naturaliter loquendo) non põt in ſe habere ſpeciẽ rei viſę, niſi talem ſpeciem ſuſcipiat, prout extra hoſtiam habet eſſe. Non eſt enim in hoſtia (vt ſuperius dicebatur) in diſpoſitione qua poſſit a ſenſibili immutari.

Propoſitio. XVIII.

VIatores chriſtum exiſtentem in hoſtia non ſolum ſenſu, ſed etiam intellectu videre non poſſunt.

Declaratio.

Multa ratiocinando perquirimus, & de multis per intellectum diſputauimus, quorum quiditatem intelligere non poſſumus. Dicimus enim & rationabiliter concludimus ſubſtantias ſeparatas eſſe intelligentes, & libero arbitrio vtẽtes, & cętera talia, quæ probamus ineſſe ſubſtantiis ſeparatis. Quid ſint tamẽ ſubſtãtię ſeparatę ſm earum quiditatem & naturam, quãdiu durat ſtatus vitæ præſentis, ſcire non poſſumus. Et ſi neſcimus quid ſit natura intelligentiarũ, neſcimus quid ſit earum intelligere: quia ſi bene intelligeremus quid eſt intelligere angelorum (cum operatio proportionata ſubſtantiæ ducat in cognitionem quid ſit rei natura & ſubſtantia) cognito intelligere angelorum, cognoſceremus qđ eſſet eorum ſubſtantia & natura. Scimus ergo indiſſolubilibus rationibus, Angelos eſſe intel-

ligentes, quid ſit tamen eorũ intelligere, intelle
ctu non capimus. Sic & de corpore Chriſti,
ſuppoſitis fundamentis fidei, multa inueſtigan-
do perquirimus: vt ſuppoſito, ꝙ panis ſubſtan
tia conuertatur in ſubſtantiam corporis Chri-
ſti. & ꝙ ipſa ſubſtantia eſt ibi ex vi ſacramenti, cę
tera vero ſunt ibi ex naturali cõcomitantia. Ex
hoc inuiolabiliter concludimus, Chriſtum eſſe
totum in qualibet parte hoſtię, & dimenſiones
corporis chriſti eſſe ſimul cum dimenſionibus
hoſtiæ, & cętera talia, quæ ſuperius probaui-
mus eſſe vera. Ipſum tamen chriſtum exiſtẽtem
in hoſtia, quãdiu durat ſtatus pręſentis miſerię,
etiam intellectu videre non poſſumus. Qđ tri-
plici via declarari poteſt. Primo ex parte ipſius
ſenſus. Secundo ex pte imaginationis. Et tertio
ex pte intellectus. Prima via ſic oſtẽditur. Quia
ſm pħm, primo Poſteriorum, noſtra cognitio
ca.14. incipit a ſenſu, & deficiente ſenſu, neceſſe eſt de-
ficere ſcientiam, quæ ſm illum ſenſum eſt; vñ in
a.1.6. libro phyſicorum dr̃, Quód cęcus a natiuitate
non ſyllogizat de coloribus. Si ergo intellectu
videre poſſumus chriſtum exiſtẽtem in hoſtia,
oportet quód aliquo ſenſu manuducamur in
illud, ſed (vt habitum eſt) nullo ſenſu ſentiri po
teſt chriſtus vt exiſtit in hoſtia, quia accidentia
corporis chriſti ſenſum noſtrũ immutate non
poſſunt, cum ſint ibi mediante ſubſtantia, quæ
immediate ſenſum immutare non põt; immo ſi
ſm aliquem ſenſum immutamur per hoſtiã cõ
ſecratam, hoc non eſt ſm accidentia corporis
chriſti, ſed ſm accidentia panis, quia (vt infra de
clarabitur) accidentia panis remanent, poſtquã
ſubſtantia panis conuerſa eſt in ſubſtantiã cor-
poris chriſti. Sic ergo poſſumus ſyllogizare &
arguere de exiſtentia chriſti in hoſtia, ſicut cæ-
cus a natiuitate poterit ſyllogizare de colori-
bus. Si enim cæco a natiuitate dicerent aliqua
principia de natura colorum, poſſet per intelle
ctum ſe mouere ad concludendũ aliquas cõclu
ſiones veras ex illis principiis, tamẽ quia illa pri-
cipia non ſumpſiſſet ex ſenſu, ſed ſolum narrati
ue, & per auditum, illa principia cognoſceret,
& non videret ea in lumine intellectus agentis,
quia nihil tali lumine videtur, niſi aliquo mo-
do ex ſenſibilibus ſumat ortum. Poſſet ergo hu
iuſmodi cæcus per credulitatem aliquã aſſenti-
re illis principiis, non directe tamẽ ea intellige-
ret; nec eſſet proprie dictum, ꝙ per intellectũ
talia principia videret: & quia tota concluſionũ
cognitio innititur cognitioni principiorum, ſi
cæcus illa principia intellectu non videt, quan-
tũcunq; ex illis principiis veras concluſiones eli
ciat, non dicetur illas concluſiones videre per
intellectum. Sic ſuo modo ex parte iſta dicere
poſſumus, quód licet ſuppoſitis fidei fundamẽ-
tis, quæ ex auditu cògnoſcimus, poſſumus ex
talibus principiis, de corpore chriſti exiſtẽte ſub
hoſtia, multas concluſiones veras elicere: ta-
men quia illa ſimpliciter non ſumunt originem
ex his quæ videmus in ſenſu, non eſt ſimplici-
ter concedendum, quód per intellectum videa
mus chriſtũ exiſtentẽ ſub hoſtia, quia hoc non
eſt nobis notum in lumine intellectus. Poſſu-
mus ergo per fidem apprehẽdere veritatẽ præ
dictam: ſed ꝙ in lumine intellectus eam videa
mus, & ꝙ eam ſic eſſe, poſſimus oſtendere ſim-
pliciter per rationem, patet eſſe falſum. Si enim
per intellectum poſſemus videre veritatẽ prędi
ctam, poſſemus probare quicquid credimus de
ſacramento euchariſtiæ: ſed (vt diximus in prin
cipio huius operis) ea quę ſunt fidei nõ poſſunt
rõne probari, licet poſſint ratione defendi. Pa-
tet ergo ex via ſenſus, ꝙ chriſtum exiſtentẽ ſub
hoſtia, intellectu videre nõ poſſumus. Secunda
via, ad probandum hoc idẽ ex parte imagina-
tionis, ſic põt haberi. Nam ſm pħm in. 3. de ani- T.c.30.
ma: Cum intellectus ſpeculat̃, neceſſe eſt ſimul
& phantaſmata ſpeculari. Et in primo de anima T.c.12.
dicit̃, qđ intelligere vel eſt phantaſia quædam,
vel nõ eſt ſine phantaſia. Eſt. n. noſtrum intelli-
gere cum cõtinuo & tẽpore, vt dicitur in libro
de Memoria & reminiſcentia. Nihil ergo intel- cap.1.
lectu videre poſſumus, niſi qđ habet phantaſ-
ma, vel qđ eſt proportionatum phantaſma ha-
bentibus. Subſtantia enim corporis chriſti, & ſi
ſm ſe accepta & cõſiderata prout habet eſſe ali
cubi mediantibus dimẽſionibus propriis phan
taſma habeat: tamẽ prout exiſtit in hoſtia, nec
phantaſma habet, nec eſt ibi modo proportio
nato habentibus phantaſma. Poſſumus ergo
ipſam ſubſtantiam corporis chriſti intelligere,
ſed eam, prout exiſtit in hoſtia, videre non poſ-
ſumus. Quod autẽ modus, ſm quẽ chriſtus eſt
in hoſtia, tranſcendat virtutem phantaſticam:
& non ſit proportionatus habẽtibus phantaſ-
ma, ſic patet. Nam ſicut nihil eſt ſenſibile, niſi ſit
quale, & habeat eſſe qualitatiuum, ita nihil eſt
imaginabile, niſi ſit quantum, & habeat eſſe quã
titatiuum. Sicut ergo corpus chriſti exiſtens in
hoſtia non põt percipi ſenſu, quia licet ibi exi-
ſtens ſit quale, tamẽ non eſt ibi modo qualitati-
uo, ideo ſenſum immutare non põt: ſic corpus
chriſti exiſtens in hoſtia licet ſit quantum, quia
quantitas ſua proprium ſubiectum nõ deſerit:
tamẽ per imaginationem apprehẽdi nõ valet,
quia non eſt ibi quantitatiue, non eſt enim ibi
extenſo modo, quia non eſt ibi ſubſtantia me-
diante quantitate, ſed quantitas mediante ſub-
ſtantia; imaginatio autem nihil apprehẽdit, niſi
qđ habet eſſe modo extẽſo. Bene ergo dictum
eſt, ſubſtantiã corporis Chriſti ſm ꝙ exiſtit in
hoſtia; nõ habere phantaſma. Quód autẽ pro
ut conſideratur in hoſtia, non ſit proportiona-
ta habentibus phantaſma, ſic oſtenditur. Nam
modus exiſtẽdi, quo corpus chriſti exiſtit in ho
ſtia (vt inferius apparebit) potiſſime aſſimilatur
modo, quo ſpiritualia ſunt in corporibus, ſiue
ſint ibi vt forma, ſiue vt motor. Nam ſicut ani-
ma rationalis eſt tota in toto, & tota in qualibet
parte;

Digitized by Google

parte:& ſicut Agelus in ea parte corporis, ſiue in eo corpore, quod mouet primo, eſt totus in toto, & totus in qualibet parte; ſic corpus xp̃i eſt totũ in tota hoſtia, & totũ in qualibet parte. Cum ergo ſpiritualia phantaſmatibus careant, corpus chriſti, vt exiſtit in hoſtia, nõ ſolum tranſcendit virtutem phantaſticam, & caret phantaſmate, ſed etiã non eſt proportionatũ habentibus phantaſma. Patet ergo ex parte ipſius imaginationis, ꝙ chriſtum exiſtentẽ in hoſtia intellectu videre nõ poſſumus. Hoc etiã patet tertio ex parte ipſius intellectus: nam cũ in hoſtia corpus chriſti ſupernaturaliter exiſtat, & ſupernaturalia intellectu capere non poſſimus, ſi conſideramus ipſum intellectum ſm ſe, patet eſſe verum, ꝙ chriſtum exiſtentẽ in hoſtia intellectu capere non poſſumus. Debemus ergo fide & deuotione ſuſcipere, chriſtũ eſſe ſub hoſtia, vt tenet Eccleſia. Et ſuppoſitis aliquibus principiis, & aliquibus fundamentis fidei, poſſumus multas, & varias cõcluſiones elicere circa prædictũ ſacramentum, ſicut poteſt Perſpectiuus multas concluſiones inferre, ſuppoſitis propoſitionibus geometricis: nullo tamen ſuppoſito poſſumus defendere fidem, & reſiſtere contradicentibus, & aſſerentibus, Fidem impoſſibilia cõtinere, & contradictoria implicare.

Propoſitio. XIX.

OMnis ſubſtantia ſeparata chriſtum exiſtẽtem in hoſtia per intellectum videre poteſt, modum tamen exiſtendi eius nulla intelligentia comprehendit.

Declaratio.

Eſt autẽ differentia inter ſubſtantias ſeparatas, & homines, quia ſubſtantiæ ſeparatę non intelligunt cum diſcurſu, habent enim intellectũ deiformẽ, & eorũ cognitio non eſt diſcurſiua, vt vult Dionyſius. 7. de di. no. Homines autẽ intelligunt cũ diſcurſu, quia noſtrum intelligere eſt cum continuo & tẽpore. Non immerito ergo 6. de di. no. appellat Dionyſius Angelos intellectuales, & homines rõnales: quia intellectus nominat ſimplicẽ intuitum, ratio vero importat diſcurſiuam cognitionem. Si ergo Angeli habent cognitionem ſimplicem, & abſq; diſcurſu feruntur in cognitionem rerum, oportet quòd ſimplici intuitu cognoſcant naturas, & quiditates entium: ꝑpter quod licet ſm rem rõ ſiue rationalis cognitio noſtra plus imitetur cognitionem angelicam, q̃ faciat cognitio noſtra ſenſitiua, tamen quantũ ad modũ cognoſcendi, aliquo modo ſenſus plus imitatur intellectũ angelicum, q̃ faciat ratio. Nam ſicut ſenſus viſus ſimplici intuitu fertur in cognitionem colorũ, & debitis conditionibus concurrentibus, ipſum non latet aliquis color: ſic ſubſtantiæ ſeparatæ,

Cur Angeli intellectuales, hoĩes rõnales dicũtur.

quia ſimplici intuitu feruntur in cognitionem entium, accidentia, & ea, quæ circũadiacent quiditatibus entium, non celant eis ſubſtãtias & naturas rerum. Sicut ergo ſi in ſuperficie oppoſita, oculis noſtris vnus color mutaretur in aliũ, nõ lateret nos color ille, in quẽ color alius eſſet conuerſus, cum nullus color excedat noſtram virtutem viſiuam, & abſq; diſcurſu feramur in cognitionem colorũ: ſic cum ſubſtantia panis conuertatur in ſubſtantiam corporis Chriſti, quia accidentia non celant Angelis rerum quiditates, quælibet ſubſtantia ſeparata (naturaliter loquendo) per intellectum videre põt intra dimenſiones hoſtiæ non eſſe ſubſtantiam panis, ſed eſſe ibi ſubſtantiam corporis chriſti. Noſter autẽ intellectus hoc videre nõ põt: quia per accidentia deuenimus in cognitionem quiditatis, iuxta illud qđ habet̃ in primo de Anima, Accidentia conferunt magnã partem ad cognoſcẽdum ꝙ quid eſt. T.c.11. Incipit ergo noſtra cognitio a ſenſu, & nulla ſubſtantia eſt ſenſibilis, niſi mediãtibus accidentibus. Cum ergo in hoſtia ſint accidentia corporis chriſti mediante ſubſtantia, & nullum accidens corporis chriſti noſtrum ſenſum immutet, ſed ſolum appareant accidẽtia panis: licet poſſimus ratiocinando concludere ꝙ non implicat contradictionem, nec eſt impoſſibile deo, ꝙ ſubſtantia panis conuertatur in ſubſtantiam corporis chriſti, tamen ſubſtantiã corporis chriſti eſſe in hoſtia, nec ſenſu, nec imaginatione, nec intellectu videre poſſumus, ſed ſolum hoc fide ſuſcipimus, niſi ſumeretur videre large, ſm ꝙ videntᷓ videri quæ videntᷓ per ſpeculum in ænigmate. Subſtantiæ autem ſeparatę non ferunt̃ in cognitionem ſubſtantiarũ per accidentia, quia non intelligunt cũ diſcurſu; imo, quia ſimpliciter intuentur quiditates rerum, nõ eſt ſupra intellectum eorum (naturaliter loquẽdo) videre quæ ſubſtantia, & quæ natura hẽat eſſe intra dimenſiones hoſtię: ſicut non eſt ſupra naturã noſtri viſus cognoſcere quis color ſit in ſuperficie. Quibuſcũq; ergo dimenſionibus propoſitis, non latet eos quæ ſubſtantia ſit intra dimenſiones illas: & ſi intra dimenſiones aliquas eſſet alia ſubſtantia q̃ prius, non lateret eos illa ſubſtantia: Propter qđ (naturaliter loquendo) vt ſubſtantia panis iam cõuerſa in ſubſtantiam corporis chriſti, non poſſumus dicere, ꝙ Angeli, videntes dimenſiones panis, decipiantur, credentes ibi eſſe panis ſubſtantiam, cũ reuelata facie videant quiditates rerum, (nã per dimenſiones panis non deueniunt in cognitionem ſubſtantiæ, per nulla enim accidentia manuducunt̃ in notitiam quiditatis) neq; erit ſupra naturam intellectus alicuius ſubſtantię ſeparatæ, videre chriſtum in hoſtia exiſtentem. Sed ſi quęratur vtrum demones (quia ſunt de numero ſubſtantiarum ſeparatarum) videant chriſtum in hoſtia exiſtentem, cum talis viſio nõ excedat intellectum alicuius ſubſtantię ſeparatæ:

An Demones videant corpus xp̃i in hoſtia.

dici poſſet ſic iudicandum eſſe de chriſto exiſtẽte in hoſtia, ſicut iudicaremus de Mariæ coniugio, loquẽdo de iudicio, prout ſpectat ad quæſtionem propoſitam. Nã inter alias cauſas ſpeciales, quas habuit Mariæ coniugium, hęc fuit vna, vt partus Diabolo celaret̃, vt dicit̃. 4. ſentẽtiarũ, diſt. 30. Conſtat enim, ꝙ Diabolus, niſi eſſet diuina virtute prohibitus, videre potuiſſet viginem Mariã intactam eſſe, & virum non cognouiſſe. Coniugium ergo Ioſeph (naturaliter loquendo) Diabolo partum Virginis celare non poſſet. In talibus ergo dicendũ eſt, vt ait Aug. 3. de tri. cap. 8. loquens de Magis, qui auxilio demonum, & malorum Angelorũ fecerũt ranas, & ſerpentes, nõ tamen eorũ auxilio facere potuerunt minutiſſimas muſcas, dicit, ꝙ hoc ideo nõ potuerunt, quia permiſſi non fuerunt, potuiſſent, ſi permiſſi fuiſſent. Ideo Auguſt. ibidem vult, ꝙ illud, qđ Angeli poſſunt per naturam, nõ poſſunt per prohibitionem. Ex verbis ergo ſuis ibidẽ põt talis diſtinctio colligi, quod aliqua nõ poſſumus, quia repugnant naturæ, aliqua vero dicimur nõ poſſe, non quia ſint naturæ cõtraria, ſed quia ꝓhibemur, & repugnant permiſſioni. Dicamus ergo, quod naturaliter loquendo, vt loqui intendimus, non repugnat alicui ſubſtantiæ ſeparatæ, videre ſubſtantiã corporis chriſti per intellectum, in hoſtia exiſtentem. Credibile tamen eſt repugnare permiſſioni probabile. n videt̃, quod Deus tam excellẽs ſacramentum celat aliquibus ſubſtantiis ſeparatis, & nõ permittit demones habere oẽm illam cognitionem de ſacramento euchariſtiæ, quã naturaliter habere poſſent, ſicut nõ ſinebat eos habere omnem cognitionem de partu Virginis, quã eorum naturalis notitia exigebat. Declaratũ eſt igitur, quomodo ſubſtantia ſeparata videre põt chriſtum in hoſtia exiſtentem, quod prima pars ꝓpoſitionis proponebat. Reſtat ergo declarare ſecundũ, videlicet, quod modum exiſtendi chriſti in hoſtia naturaliter nulla intelligentia comprehendit: quod de facili declaratur. Nam modus ille exiſtendi ſupernaturalis eſt; nullum enim agens naturale põt conuertere aliquid in aliud actu præexiſtens: ſed ſolus Deus hoc põt efficere, vt ſuperius dicebat̃. Quę autem ſupernaturalia ſunt nulla creatura naturaliter comprehẽdit; ex hoc enim aliquid eſt ſupernaturale, quia omnem naturã creatã ſuperexcedit. Si ergo naturaliter creatura ſupernaturalia comprehenderet, eſſet naturaliter natura creaturæ ſuper omnem naturã creatam: & ſic idem ſm idem ſeipſum excederet: nam natura creata eſt infra terminos creaturę. Si ergo creatura ſupernaturalia naturaliter comprehenderet, eſſet naturaliter creatura illa infra terminos, & ſupra terminos creaturæ. Dicamus ergo, ꝙ ſicut res creatas ex nihilo productas Angeli naturaliter per intellectum vident, modum tamẽ productionis rerum ex nihilo, eo quod ſupernaturalis ſit, nulla intelligentia comprehendit: ſic Chriſtum exiſtẽtem in hoſtia (naturaliter loquendo) quælibet intelligentia (niſi ſit prohibita) per intellectum videre poteſt, modũ tamen exiſtendi eius, quia eſt ſupernaturalis, naturaliter comprehendere non poteſt aliqua ſubſtantia ſeparata.

Propoſitio. XX.

CHriſtus, vt exiſtit in hoſtia, potiſſime per intentionalia & ſpiritualia ĩnoteſcit: vtraque enim ipſum ſic exiſtentem aliqualiter imitantur.

Declaratio.

Propoſita propoſitio duo continet. Quorum primum eſt, quod intentionalia repræſentant chriſtum in hoſtia exiſtentem. Secundũ vero, quod ipſum ſpiritualia imitant̃. Primũ autem aliquo modo eſt declaratũ. Dicebatur. n. quod intentionalia ſic habent eſſe tam in medio, q̃ in organo, quia ſunt tota in toto, & tota in parte, ſimilitudo. n. coloris eſt tota in toto aere, & tota in quolibet puncto aeris: ſic chriſtus eſt totus in tota hoſtia & totus in quolibet puncto hoſtiæ. Tamen quia in hoc videmur contradicere ſuperioribus dictis, vbi oſtendebatur, quod in parte punctali hoſtię chriſtus eſſe nõ poteſt, ideo declarabimus dubitationem ſuperius tactam, videlicet, quod ſic eſt chriſtus in tota hoſtia, & totus in quolibet puncto hoſtię, ſicut eſt tota intentio coloris in toto aere, & tota in quolibet puncto aeris: nec tamen eſt ſimpliciter, & abſq; additione fatendum, quod in parte punctali hoſtiæ ſit totus chriſtus. Ad huius autem euidentiam aduertendum, quod punctus dupliciter põt accipi. Poteſt. n. accipi punctus, vt de eo loquitur mathematicus, & vt de eo loquitur perſpectiuus. Mathematicus autem loquitur de puncto, prout eſt principiũ & finis lineæ, & ꝓut eſt ſimpliciter aliquid indiuiſibile. Vnde in principio geometrię Euclides diffinit punctum per carentiam partium, dicens. Punctus eſt cuius pars non eſt. Et ſic accipiendo punctum, in puncto aeris non eſt aliqua ſimilitudo coloris: punctus enim ſic acceptus non eſt ſuſceptiuus alicuius impreſſionis. Perſpectiuus vero nõ ſic accipit punctum, ſed punctũ nominat minimã partem aeris ſuſceptiuã ſpecierum intentionalium. Nam & ſi in aere nõ ſit dare minimum, vt aer conſideratur vt qđ continuum, eſt tñ dare minimum in aere, vt eſt ſuſceptiuus ſpecierũ intentionalium. Poſſet enim accipi ita modicum de aere, quod ſi vlterius diuideret̃, non poſſet ibi ſuſcipi aliqua ſimilitudo intentionalis. Cauſa autem, quare mathematicus accipit punctum vt dicit quid omnino indiuiſibile, ex hoc ſumi poteſt, quia a mathematico potiſſime conſideratur quãtum. Si ergo loquitur mathematicus de

Punctus dupliciter dicitur.

Lib. 1. Geom. elem.

de indiuiſibili, loqtur de eo, vt non diuidiť pro A
ut eſt continuum, & prout eſt quantū. Cum er
go quodlibet continuū & quodlibet quantum
ſit diuiſibile in infinitū ; quia non fit quantū ex
non quantis, oportet illud, qd̕ eſt indiuiſibile in
genere quātitatis, eſſe omnino punctale. Per-
ſpectiuus autē non intēdit tractare de linea ſim
pliciter, ſed de linea viſuali; cum ergo loquitur
de indiuiſibili, non loquitur de indiuiſibili ſcd̕m
quantitatē, ſed ſm actionem & paſſionē, accipiē
do actionem & paſſionē large, ſm ꝙ viſibile vi
detur agere in medium, & in ſenſum, imprimē
do ſpeciem ſuā in ipſa: & ſm ꝙ ſenſus & mediū
patiuntur a ſenſibili, ſuſcipiendo ſpeciem, & ſi-
militudinem eius. Cū ergo dicit Perſpectiuus,
quod quilibet punctus albedinis ſe facit in quo B
libet puncto aeris, per punctum albedinis non
intelligit punctum ſimpliciter, ſed intelligit mi-
nimam partem albedinis, potentem imprimere
ſimilitudinē ſuam in aere. Nam cum ſuperficies
ſit proprium & immediatū ſubiectum coloris,
& punctus nec eſt ſuperficies, nec pars ſuperfi-
ciei, in puncto non eſt albedo, nec pars albedi-
nis. Oportet ergo per punctum albedinis intel
ligere minimam partē albedinis, potentem ge-
nerare ſuam ſpeciem in medio: & per punctum
aeris intelligere minimam partē aeris, potentē
illam ſpeciem genitam ſuſcipere. Eſt ergo tota
intentio albedinis in toto aere, & tota in quoli
bet puncto aeris, accipiendo punctū aeris, vt ac C
cipit perſpectiuus, & non vt accipit mathema-
ticus. Sic eſt totus chriſtus in tota hoſtia, & to-
tus in quolibet puncto hoſtiæ, non accipiendo
punctum, vt de eo loquiť geometra, ſed accipiē
do minimum & indiuiſibile, vt poteſt accipi in
naturalibus. Nam ſicut diſtinguebamus, quod
eſt punctus mathematicus, & eſt punctus per-
ſpectiuus: ſic diſtinguere poſſumus, quod eſt
minimū vt de eo loquitur geometra, & eſt mi-
nimum vt de eo loquitur naturalis. Minimū. n.
apud geometrā eſt omnino īdiuiſibile ſm quā-
titatem, ſed minimū apud naturalem eſt indiui-
ſibile ſm actionem. Dicit enim naturalis mini-
mam aquā, & minimam carnem, quæ ſi vlterius
diuiderenť, non haberent actionē carnis & a- D
quę. Et quod eſt ſic minimū, non eſt punctale,
ſed eſt quantum. Si ergo bene conſideramus,
ſicut accipit perſpectiuus minimū ſm actionē
& paſſionem intentionalē, ſic accipit naturalis
minimum ſm actionem & paſſionē realem. Vt
ſicut diciť caro minima apud naturalē, quę ſm
realem actionē poteſt habere actionē, vel ope
rationem carnis; ſic dici poteſt albedo minima
apud perſpeictuum, quæ ſi diuidereť, nō habe-
ret intentionaliter operationē albedinis. Vnde
ſicut diſtinguit naturalis, quod eſt caro ſm ſpe
ciem, & caro ſm materiam, ſic poſſet diſtingue
re perſpectiuus, ꝙ eſt albedo ſm ſpeciem & al-
bedo ſm materiam: & appellaret albedinē ſm
ſpeciem illā, quæ ſcd̕m ſe accepta generare poſ

ſet ſuam ſimilitudinem in aere, & intētionaliter
immutare medium, ſicut appellat naturalis car
nem ſecundū ſpeciem, quæ pōt realiter cōuerte
re ad ſe alimentum, & habere actionem, & ope
rationem carnis. Innoteſcit ergo nobis chriſtus
per intentionalia: & modus exiſtendi intentio-
nalium imitatur modum exiſtendi, quem habet
Chriſtus in hoſtia: quia ſicut tota intentio colo
ris eſt in toto aere, & tota in qualibet parte ae-
ris, accipiendo partem aeris ſm formam, vt acci
piendo partem, quæ pōt habere operationem
aeris in ſuſcipiendo intentionem coloris, quę
pars idem eſt qd̕ punctus perſpectiuus: ſic to-
tus chriſtus eſt in tota hoſtia, & totus in quali-
bet parte, loquendo de parte ſecundum for-
mam. in qua poteſt reſeruari ſpecies panis, quæ
pars poteſt dici minimum apud naturalem. Ex
quo apparet, ꝙ ſicut partes hoſtiæ, in quibus
per ſe habet eſſe chriſtus, non ſunt infinitæ, ſed
finitæ, ſic puncta & partes aeris, in quibus ha
bet eſſe intentio coloris, non ſunt infinitæ, ſed
finitæ. Eſt ergo totus chriſtus in tota hoſtia, &
totus in quolibet puncto: ſicut eſt tota intentio
coloris in toto aere, & tota in quolibet puncto,
accipiendo punctum in hoſtia ad ſimilitudinē
puncti accepti in perſpectiua. Verum quia ma
gis proprie loquitur de puncto mathematicus
ꝗ faciat perſpectiuus, ideo ſimpliciter loquēdo,
non eſt concedendum, Chriſtum eſſe in parte
punctali hoſtiæ: tamē cum additione nō eſt in-
conueniens hoc concedere. Nam ſi concedi-
mus Chriſtum eſſe in quolibet puncto hoſtiæ,
ſicut eſt intentio coloris in quolibet puncto ae-
ris propter additionem dictæ ſimilitudinis, pa-
tet non eſſe intelligendum de puncto ſimplici-
ter & abſolute vt de eo loquiť geometra, ſed
intelligendum eſt de puncto vt de eo loquitur
perſpectiuus. Non eſt ergo abiicienda notitia,
quā poſſumus habere de Chriſto exiſtente in
hoſtia, per intentiones exiſtentes in medio. His
autem viſis, reſtat oſtendere, quo modo ſpiri-
tualia imitantur Chriſtum exiſtētem in hoſtia;
de quo breuiter tranſibimus, quia de hoc in ſe
quenti propoſitione diffuſius tractabitur. No-
tandum igitur, ꝙ ſpirituales ſubſtantiæ nō per
ſe diuidunť, loquendo de ſpiritualibus ſubſtan
tiis, quibus competit intelligere: tales. n. appella
mus ſpirituales ſubſtantias. Nā omnis intelligē
tia eſt ſubſtantia, quæ non diuiditur, vt diciť in
libro de cauſis: qd̕ non ſolum veritatem habet Prop. 7.
de intelligentiis proprie ſumptis, ſed etiam ve-
rum eſt dicere de animabus rōnalibus, quæ nō
debent dici intelligentiæ, niſi large. Nulla ergo
ſpiritualis ſubſtantia per ſe diuiditur, nec etiam
per accidens poteſt diuidi, cum non educatur
de potentia corporis. Vbicūq; ergo eſt Ange-
lus, & Anima ibi eſt ſecundum ſui totalitatē: imi
tantur ergo ſpiritualia Chriſtum exiſtentem in
hoſtia, quia ſicut eſt totus Chriſtus in tota ho-
ſtia, & totus in qualibet parte: ſic eſt tota anima

Digitized by Google

rationalis in toto corpore, quod informat, & tota in qualibet parte: & totus Angelus eſt in toto corpore, in quo operatur primo, & totus in qualibet parte.

Propoſitio. XXI.

CHriſtus vt exiſtit in hoſtia, per ſpiritualia magis q̄ per intentionalia innoteſcit: neutra tamen ipſum totaliter repræſentant.

Declaratio.

Fuit in præcedentibus declaratum, ꝙ intentionalia & ſpiritualia repræſentant chriſtū in hoſtia exiſtentē. Nunc autem reſtat oſtendere, ꝙ modus exiſtendi, quē habet chriſtus in ſacramento, magis innoteſcit per ſpiritualia, q̄ per intentionalia: qđ prima pars propoſitionis ꝑponit. Ad cuius euidentiam aduertendū, quod licet quilibet punctus coloris ſe faciat in quolibet puncto medii, & quilibet punctus rei viſæ generet ſuam ſimilitudinē in quolibet puncto organi, propter qđ aliquo modo ſaluamus totam intentionē coloris eſſe in toto medio, & totam in qualibet parte: in duobus tamen, quantum ad præſens, differt modus exiſtendi intentionalium in medio a modo exiſtendi chriſti in hoſtia. Nam ſic chriſtus eſt in hoſtia per cōuerſionem totius ſubſtantiæ panis in totam ſubſtātiam corporis Chriſti, ꝙ nulla pars panis conuerſa eſt in aliquam partē corporis Chriſti, vt C dicebatur ſuperius auctoritate Innocentii. (Prop. 17.) Sed tota intentio coloris nō eſt ſic in medio, quod nulla pars coloris ſe faciat ibidem. Dictū eſt. n. ꝙ a quolibet puncto coloris multiplicatur ſpecies in quolibet pūcto medii. Sunt ergo partes corporis Chriſti in hoſtia ſolum mediante toto: partes autem coloris non ſolum ſunt in medio mediante toto, immo totū eſt aliquo modo in medio mediantibus partibus. Secunda differentia eſt, quia intentiones ſunt aliquo modo in medio ſitualiter. Nūquā enim appareret imago per ſpeculū ſitualiter, niſi multiplicaret ſe color in medio aliquo modo ſm ſitum: Chriſtus autem nullo modo eſt ſitualiter in hoſtia: ſcđm enim ꝙ eſt in hoſtia, non poteſt ibi aſſignari, ꝙ D in vna parte hoſtiæ ſit dextrum, & in alia ſiniſtrum: vel ꝙ in vna parte hoſtiæ ſit pars corporis Chriſti ſuperior, in alia vero inferior: quia (ex quo non ſunt partes corporis chriſti in hoſtia, niſi mediante toto) partes corporis chriſti vt ſunt ibidem, ita habent ordinē ad totum, ꝙ nullo modo ſunt ibi ſitualiter, nec habent ordinem ad locū: ſed partes coloris non ſolū ſunt in medio mediante toto, ſed quælibet pars coloris generat ſuā ſimilitudinē in medio: immo quia diametralius vna pars coloris reſpicit vnā partem medii, q̄ faciat alia, fortius & perfectius vna pars coloris imprimit ſpeciem ſuam in vna parte medii, q̄ faciat alia: propter qđ aliquo mo A do ſitualiter eſt intentio coloris in medio. His ergo differentiis viſis, quas habet chriſtus, exiſtens in hoſtia, ad ſpecies intentionales, apparet quód ſpiritualia imitantur magis chriſtum exiſtentem in hoſtia, q̄ intentionalia, cum chriſtus, vt exiſtit in hoſtia, non habeat illas differentias ad ſpiritualia, quas habet ad intentionalia. Nam ſpiritualia vbicunq; ſunt, ſunt ratione totius, cū careant partibus. Rurſum nullo modo ſunt ſitualiter alicubi, cum non extendantur extenſione corporū: propter qđ eſt prima pars propoſitionis declarata. Reliquū ergo eſt declarare ſecundū, videlicet, quód nec ſpūalia, nec intentionalia complete repræſentent chriſtum exiſtentem in hoſtia; quod ſic patet, quia Chriſtus exiſtens in hoſtia nō diffinitur ibidem, ſed intentio B nalia, & ſubſtantiæ ſpirituales creatæ diffinite ſunt alicubi. Illa enim eadem intentio numero, quæ eſt in vna parte aeris, non eſt in alia: & illa eadem anima numero, quæ informat corpus Socratis, nō informat corpus Platonis: & Intelligentia, cum operatur in vna parte vniuerſi, deſinit operari in alia. Sed corpus Chriſti, qa non definitur in hoſtia, ſimul & ſemel eſſe poteſt in diuerſis altaribus, vt ſuperius eſt oſtenſum. (Prop. 3.) Poſſunt ergo, quantū ad definitionē corporis chriſti vt eſt in hoſtia, ſpirituales ſubſtantię, & intentiones ſe habere per ordinem: minus. n. definit corpus Chriſti, vt ſacramentaliter habet eſſe, q̄ ſpirituales ſubſtantiæ; & ſpirituales ſubſtantiæ C minus definiuntur, q̄ ſpecies colorum intentionaliter exiſtentes in medio. Nam corpus chriſti exiſtens in hoſtia, nec diffinitur in partibus, nec in toto. Spirituales vero ſubſtantię diffiniuntur in toto, & non in partibus. Intentio habet diffiniri tam in partibus, q̄ in toto: quæ omnia pñt eſſe ex habitis manifeſta. Non. n. corpus Chriſti diffinitur in partibus hoſtiæ: eſt enim in qualibet parte hoſtiæ totus Chriſtus, propter quod cum eſt in vna parte hoſtię, non deſinit eſſe in alia: ſicut etiam nō diffinitur in tota hoſtia, quia ſimul & ſemel pōt eſſe in diuerſis hoſtiis, & cum eſt in vna hoſtia, non deſinit eſſe in alia. Subſtātia vero ſpiritualis nō diffinitur in partibus, quia anima rōnalis eſt in qualibet parte corporis tota, & cum eſt in vna parte nō deſinit eſſe in alia: D ſic etiam & Angelus eſt totus in qualibet parte corporis, in quo operatur primo. Diffinitur tamen ſpūalis ſubſtantia in toto, quia vna anima non pōt eſſe in diuerſis corporibus, & vnus Angelus non pōt ſimul eſſe in pluribus locis. Intētiones autē colorū diffiniunē in partibus, & in toto: nam illa eadē intētio coloris numero, quę eſt in vna parte aeris, nō eſt in alia: & multo magis illa eadem intentio coloris numero, quę eſt in vno toto, non eſt in alio: quicquid enim diffinitur in partibus, diffinitur in toto. Verum autem, ſi ſimul plura corpora exiſterēt, poſſet eſſe in illis pluribus corporibus vna intentio numero, quia intentiones nō videnē ſuſcipere numerum

merum a ſubſtantiis, in quibus ſunt: cum plura luminaria ſolum numero differentia, & plures intentiones albedinis eſſe poſſint in eadem parte aerũ: declarare non eſt præſentis negotii. Tã tum tamẽ oſtenſum ſit, ꝙ non ſolum ſpiritualia plus imitanẽ Chriſtum exiſtentem in hoſtia, ꝗ intentionalia, ex eo ꝙ non hñt eſſe ſituale, nec ſunt alicubi mediãtibus partibus, ſicutq́ nec chriſtus habet eſſe ſituale, vt eſt in hoſtia, nec eſt ibi totum ratione partium: ſed etiam plus repræſentant ſpiritualia modum exiſtendi, quem habet Chriſtus in hoſtia, ꝗ intentionalia, quia minus diffiniuntur ſpirituales ſubſtantiæ, ꝗ intentiones; vtræq; tamen deficiunt a perfecta repręſentatione, cum non ſolum inteotiones, ſed ẽt ſpirituales ſubſtantiæ diffiniantur plus, ꝗ ſub- A ſtantia corporis chriſti, exiſtens in hoſtia.

Propoſitio. XXII.

CHriſtus vt exiſtit in hoſtia, quãtum ad eſſe quod habet ibidem, eſt ignotior ſubſtantiis ſeparatis: ſed quantum ad rationem quiditatis eſt notior. Cum ergo modus exiſtendi, quem habet Chriſtus in hoſtia, dicat quendam modum eſſendi, & non dicat aliam rationem quiditatis, ſimpliciter eſt fatendum, ꝙ intellectu naturali ignotior eſt nobis Chriſtus vt exiſtit in hoſtia, quàm ſint ſubſtantiæ ſeparatæ.

Declaratio.

Cogimur ad dicendum, ꝙ de ſubſtantiis ſeparatis, quãdiu durat ſtatus præſentis miſeriæ, naturaliter intelligere nõ poſſumus Quid ſunt; poſſumus tamen ſcire eas Eſſe. Nam intellectu naturali, cum noſtrũ intelligere non ſit ſine phantaſmate, intelligere nõ poſſumus, vt ſuperius tãgebatur, niſi quæ habent phantaſmata, vel ſint proportionata habẽtibus phantaſmata: ſubſtantiæ autem ſeparatæ phantaſmata nõ habent, qa carent quantitate molis, nec ſunt proportionata habentibus phantaſmata: quia ſm Dionyſium primo de diui. nomi. Intelligibilia nõ ſunt comprehenſibilia a ſenſibus, & ſimplicia nõ cõ C prehendunẽ ab his, quæ ſunt in compoſitione & figura. Non ergo poſſumus cognoſcere qd ſunt intelligentiæ; eas tamen eſſe non latet nos. Nam omniũ effectus ducit in cognitionẽ cauſæ: ſed ſi effectus eſt proportionatus, poſſumus cognoſceee quid eſt cauſa: ideo per ipſos actus procedentes ab habitu ſcire poſſumus quid ſit habitus, quia actus ſunt proportionati habitibus. Si vero effectus eſt improportionatus, tũc ducit in cognitionem Quia eſt cauſa: & inde eſt quia creaturę ſunt ĩproportionatę primę cauſæ, ducunt in cognitionem quia eſt Deus: p eas tamen quid ſit Deus, ſcire non poſſumus. Cum ergo in vita iſta non cognoſcamus Deum niſi per creaturas, bene dictum eſt quod ait Damaſcenus primo libro, cap. 4. Quoniam autem eſt Orthod. fidei. Deus manifeſtum eſt: quid autẽ eſt ſm ſubſtantiã immanifeſtũ eſt hoc, & omnino ignotum. Si ergo de Deo per effectus tam improportionatos ſibi poſſumus ſcire Quia eſt, non eſt inconueniens, ſi ſciamus intelligẽtias eſſe per effectus earum, licet neſciamus eas, quantũ ad rationes quiditatis. Hoc viſo, apparet bene dictum eſſe, ꝙ ignotior eſt chriſtus quantũ ad modum exiſtendi, quẽ habet in hoſtia, ꝗ ſint ſubſtantiæ ſeparatæ. Nam naturali intellectu ſcire poſſumus intelligentias eſſe in cælo, eo ꝙ percipimus corpora cęleſtia moueri a ſubſtantiis ſeparatis: qa ſm Damaſcenum, libro primo, cap. 16. Angelus ibi eſt, vbi operatur. Si ergo Angeli operãtur in cęlo mouendo corpora cęleſtia, conuenit eos eſſe in cęlo. Sic etiam poſſumus percipere ſpirituales ſubſtantias eſſe hic nobiſcum, cum videamus aliquos effectus hic inferius, qui fieri non poſſent, niſi a ſubſtãtiis ſeparatis. † Alchindus tamen in libro de Theorica artium Magicarum aſſerit Ariſt. dixiſſe, ꝙ quicquid mirabile hic inferius agitur, eſt effectus ſupercęleſtis corporis, & non fit immediate ab aliqua ſubſtantia ſeparata. Quòd autẽ illa fuerit opinio Ariſt. manifeſte non habetur per libros ſuos apud nos exiſtentes. Poſſet autem forte ex dictis ſuũ concludi, ꝙ ſi nollet dicere repugnans dictis ſuis, B oporteret eum ſic dicere. Quicquid tamen de hoc ſit, non eſt verum qđ dicitur. Compertum eſt enim oppreſſos a demonibus loqui linguã ignotam, & loqui latinum, dato quòd añ eſſent laici, & ignorantes qđ a corpore ſupercæleſti fieri non poſſet. Poſſumus ergo cognoſcere p iſta ſenſibilia, quæ videmus, intelligẽtias eſſe in cęlo, & etiam eas eſſe in terra, cũ videamus effectus aliquos, qui fieri non poſſent, niſi per ſpirituales ſubſtantias: vniuerſaliter enim tota corporalis creatura per ſpiritualẽ adminiſtratẽ, qa lex diuinitatis eſt ſm Dionyſium reducere infima in ſuprema per media; ppter qđ comprehẽdere poſſumus tales effectus eſſe ab intelligentiis: ſed per nihil ſenſibile nobis innoteſcit chriſtum eſſe in hoſtia. Ergo quantũ ad modũ exi- C ſtendi, quem habet chriſtus in hoſtia, notiores ſunt nobis ſubſtantiæ ſeparatæ, quàm ſit ipſe: cũ naturaliter aliquo modo poſſimus cognoſcere ſubſtãtias ſeparatas eſſe, vbi ſunt; chriſtum tamen eſſe in hoſtia (naturaliter loquẽdo) non ſolum non poſſumus ſcire, ſed etiam nõ poſſumus ſuſpicari, & non ſolum ad hoc ſm naturalem intellectum nõ põt fieri ſyllogiſmus demõſtratiuus, ſed etiam nec dialeticus, nec rhetoricus. Reliquum eſt ergo oſtendere, quomodo chriſtus ratione quiditatis vt exiſtit in hoſtia, ſit notior, ꝗ intelligentiæ: quod de leui oſtenditur. Nam corpus chriſti, vt exiſtit in hoſtia, licet ha-

† Alchuinus

Pro opi. Ariſt. uide tex. 100. lib. 1. de cœlo.

Cap. 2. Cœl. hier.

A beat quendam modum eſſendi,quē non habet
vt eſt in cęlo,quia non eſt in ſacramēto median
tibus dimenſionibus propriis,mediantibus qui-
bus habet eſſe,vt eſt in loco proprio, & vt eſt in
cęlo:non tamen habet aliā rōnem quiditatis vt
eſt in hoſtia,& vt eſt in cęlo, quia alia & alia ra-
tio quiditatis diuerſificat eſſe ſpecificū : corpus
autē chriſti in cęlo, & in hoſtia non ſolum nō
eſt diuerſum ſpecie, ſed etiam nec eſt diuerſum
numero. Propter qđ etiam ſi corpus particula
re diffiniretur,illa eadem diffinitio,quę compe-
teret corpori chriſti exiſtenti in cęlo,compete-
teret ei exiſtenti in hoſtia. Si ergo corpus Chri
ſti exiſtens in loco proprio ſm rōnem quidita-
tis eſt notius intelligentiis, quia non eſt ſupra in
B tellectum noſtrum cognoſcere quid ſint cor-
poralia: cum corpus chriſti non habeat aliam
rōnem quiditatis vt eſt in hoſtia ſacramētaliter,
& vt eſt in cęlo localiter, notius eſt corpus chri
ſti quantū ad rōnem quiditatis vt exiſtit in ho-
ſtia,quām ſubſtantiæ ſeparatæ. Verum quia exi
ſtentia in hoſtia addit modū quendā eſſendi, vt
oſtenſum eſt,et iam non dicit aliā rationem qui
ditatis, bene dictum eſt, ꝙ corpus chriſti cū iſta
reduplicatione vt exiſtit in hoſtia, ſimpliciter ſit
nobis ignotius, q̄ ſubſtantiæ ſeparatæ.

Propoſitio. XXIII.

C Vm miraculoſè apparet in
hoſtia imago pueri in ſpe
cie carnis, prout Chriſtus
C ibi ſacramētaliter exiſtit:
dimenſiones,ibi apparentes, dimenſio
nes corporis chriſti eſſe non poſſunt.

Declaratio.

Quia de ſacramento Euchariſtiæ chriſtiani ali
qui dubitauerunt plus q̄ de cæteris ſacramētis,
Deus paterna prouidentia volens nos erudire,
vt firmiter credatur ibi eſſe verum corpus chri-
ſti, aliquando dignatus eſt miraculoſè oſtende
re hoſtiā in figura pueri,& in ſpecie carnis : qđ
cum cōtingit,cōmuniter tenetur a doctoribus,
& a defenſoribus fidei orthodoxæ, ꝙ ſub illa
ſpecie ſit verum corpus chriſti. Deus enim,qui
D eſt intētator malorum,quia ſeipſum negare nō
poteſt, nō faceret,ꝙ homines incitarent̄ & mo
uerent̄ ad adorandū puerum,vel carnē ſic ap-
parentem,niſi ibi eſſet dñs noſter Ieſus chriſtus,
cuius eſt illa ſpecies, quæ apparet. Et vtrum ſic
ſit in re, vt apparet, ſunt diuerſi modi dicendi.
Dixerunt enim quidam,ꝙ figura apparens, &
ſpecies carnis, quæ videtur,non ſunt aliquid in
re,ſed ſolum ſunt in oculo videntis. Format.n.
deus in oculis fidelium, vt eos erudiat, idolum
pueri, †vel ſpēm carnis;quia ſic iudicamus de vi
ſibilibus,vt habemus ſpeciem in oculo, videt̄ fi
delibus videre carnē,vel videre puerum,cum ta
men non ſit facta aliqua tranſmutatio in re ex-
tra. Sed hoc ſufficiēter improbatur,quia ſi hoc

S. Nicolaus tollentinas, Ord. eremit. s. Aug. Chriſtū aliquā do, dū a ſacerdote eleuabatur hoſtia, in forma pueli cernebat.

† ſecundum

A dici poſſet,cum talis apparitio ſit vni aſtantiū &
non alii,vel ſit omnibus aſtantibus, poſt modi-
cum deſineret eſſe talis apparitio : vt ſi omnibus
aſtantibus videretur ꝙ ſacerdos teneret puerū
in manibus,& poſt modicū deficeret talis viſio;
& videretur ꝙ teneret hoſtiam conſuetam,poſ
ſet habere veritatē quod dicit̄. tamen quia talis
apparitio aliquando diu durat,& omnibus ap-
paret talis viſio,dici non poteſt,ꝙ hoc ſolū fie-
ri habeat per imutationem oculorū. Ideo dixe
runt alii ꝙ talis apparitio habet eſſe, quia Chri
ſtus oſtendit ſeipſum in ſpecie pueri,vel in ſpe-
cie carnis. Nec obſtat (vt dicunt) ꝙ chriſtus nō
appareret puer,cum ſit tantæ quantitatis, quia
eſt in poteſtate corporis chriſti occupare ad li-
B bitum magnū locum,vel paruum. Iſtud autem
poteſt tripliciter improbari. Primo per illud qđ
tactum eſt:nam ſi huiuſmodi apparitio duraret
per horam,vel per modicū tempus, forte eſſet
probabile qđ dicit̄, ſed quia aliquādo pro Reli
quiis illa ſpecies carnis ſic apparens diu eſt re-
ſeruata,non eſt credibile,chriſtum ſm dimēſio
nes proprias & localiter diu ſic eſſe. Rurſum
quia ſm dimēſiones proprias nō eſt vnum cor
pus niſi in vno loco,oporteret chriſtum deſcē
dere de cęlo, vt talis apparitio fieret. Quód
forte ſic dicentes,ſi nō haberent pro inconue-
nienti,ꝙ chriſtus de cęlo deſcenderet,& a cęlo
ſe abſentaret, & tādiu in ampulla aliqua vel in
aliquo vaſe localiter exiſteret, q̄diu illa ſpecies
carnis viſibiliter appareret;habeant pro incon
C uenienti, quia cum talis apparitio ſit in diuerſis
partibus,& cum eſt in vna parte,non deſinit eē
in alia,eo ꝙ dictum ſit, ꝙ ſpecies carnis ſic appa
rens diu reſeruatur;chriſtus autem ſimul in di-
uerſis partibus localiter eſſe non pōt. Tertio vi
detur incōueniens tale dictum, quia ſi eſt in po
teſtate corporis glorificati eſſe cū corpore non
glorificato,duo tñ corpora non glorificata, vt
cōmuniter ponitur,ſimul eſſe nō poſſunt. Cum
ergo quęlibet pars corporis glorificati ſit glori
ficata, qua rōne duo corpora glorificata ſimul
eſſe non poſſunt,pari rōne vbi eſt vna pars glo
rificati corporis,ibi alia pars eſſe non poteſt;&
quia nunquā aliquod corpus, exiſtens alicubi
D localiter,& per dimenſiones proprias, occupat
minorem locū,q̄ ſua quātitas requirat,niſi vna
pars ſubintret aliam partē, & ſit ſimul cum ea,
non eſt concedendū,eſſe in poteſtate corporis
glorificati occupare minorē locum,q̄ ſua quāti
tas requirat. Propter hoc dixerunt alii, ꝙ ſecu-
rius eſt dicere,ꝙ ſicut qñ corpus chriſti erat ſub
ſpecie panis,erant quædam dimenſiones per ſe
ſubſiſtentes,& in illis alia accidentia fundaban-
tur;ſic cum illæ eædem dimenſiones manent,
in eis alia accidentia ſenſibilia ſuperaddunt̄ diui
na virtute,quæ prætendunt ſpeciem carnis, ſi-
cut accidentia priora prætendebant ſpeciē pa-
nis. Sed iſtud propter duo non videt̄ quietare
intellectum. Primo,quia ipſæ dimenſiones ap
parent

Digitized by Google

pa[illegible] trāſmutatę, cum apparet chriſtus in forma pueri. Vel ergo dimenſiones panis efficiuntur dimenſiones pueri, & tunc nō remanent dimenſiones eędem: vel dimenſiones pueri, vt in ſubiecto, fundantur in dimenſionibus panis: qđ non videť poſſibile, cum exiſtentiū eiuſdem rationis vnum non poſſit alteri ſubiectum eſſe, nūquam .n. albedo in albedine fundatur vt in ſubiecto: & ſic diſcurrēdo per ſingulas vias, ille modus non apparet rationabilis. Præterea, cum dimenſionibus panis ſuperadduntur accidentia carnis, vel ſimul cum ſpecie carnis erunt ſpecies panis, quod videť inconueniens, quia oppoſita in eodem ſubiecto ſimul eſſe nō poſſunt: vel adueniente ſpecie carnis, cedit ſpecies panis: & tunc illæ dimenſiones non debent dici dimēſiones panis, ſed dimenſiones carnis. Non .n. differunt dimenſiones panis a dimēſionibus carnis, quia illæ ſunt triangulares, & illæ rotundæ: pōt enim de pane accipi portio triangularis, & de carne portio rotunda: ſed iſtę dimenſiones ab illis differunt, quia iſtę dimenſiones ſunt cōiunctæ ſpeciei panis, illæ vero ſpeciei carnis. Si ergo dimenſiones illæ ſunt coniunctę ſpeciei carnis, magis debent dici dimenſiones carnis, ꝙ panis: ſicut ſi materia, quæ erat ſub forma panis, ſiat poſtea ſub forma carnis, manēte ſub tali forma, non diceret materia panis, ſed carnis. Probabilius ergo videť eſſe dicendū, ꝙ virtute diuina conuertuntur dimenſiones panis in dimenſiones carnis; & eſt ibi corpus chriſti ſub ſpecie carnis, ſicut prius erat ſub ſpecie panis. Sicut ergo dimenſiones panis, quæ prius apparebant, non erant dimenſiones corporis chriſti: ſic dimenſiones carnis, poſtea apparentes, nō ſunt dimenſiones chriſti. Quicquid autē ſit de veritate dictorum, tamē quia eſſe ſacramentaliter opponitur ei, quod eſt eſſe localiter, chriſtus vt ſacramentaliter ibi exiſtit, non eſt ibi mediantibus dimēſionibus propriis. Bene ergo dictum eſt, ꝙ, ſiue hoſtia appareat in ſpecie carnis, ſiue in ſpecie pueri, dimenſiones, ibi apparentes, non ſunt dimenſiones corporis chriſti, vt ibi ſacramentaliter exiſtit: qđ declarare volebamus.

Propoſitio. XXIIII.

SI virtute diuina, poſt conſecrationē hoſtiæ, ſpecies panis conuertatur in ſpeciem carnis, non erit ibi Chriſtus quantum eſt de lege communi, ſed Dei diſpenſatione ſpeciali ibi Chriſtum eſſe, eſt omnino fatendum.

Declaratio.

Sunt autem catholica ſacramenta congruentiſſime ordinata. & quodlibet ſacramētum habet fieri in conuenienti materia. Non tamen debemus concedere virtutem diuinam eſſe alligatā in ſacramentis, poſſet enim Deus ſine ſacramento rem ſacramenti efficere: & ſicut ordinatione diuina fit aliquod ſacramentum in aliqua materia, ſic virtute & ordinatione eius fieri poſſet in alia, poſſet .n. baptiſmus fieri in oleo, ſicut fit in aqua, ſi hoc ordinaſſet Deus. Et ſicut ſacramētum Euchariſtię ſumitur ſub ſpecie panis, ſic ſumi poſſet ſub alia ſpecie, ſi legiſlator hoc ordinare voluiſſet. Sic ergo ſuo modo dicēdum eſt de ſacramento Euchariſtiæ, ſicut dicendū eſſet de aliis ſacramentis. Videmus .n. in ſacramento baptiſmatis, ꝙ ſi Angelus aliquem baptizaret, quantū eſt de lege cōmuni, baptizatus ab Angelo non eſſet baptizatus, poteſtatem .n. baptizandi non tradidit Deus Angelis, ſed hominibus: tamen quia bonus Angelus non baptizaret aliquem, niſi hoc faceret de ſpeciali dei mandato, quantū eſt de ſpeciali diſpenſatione diuina, fatendū eſſet, baptizatū a bono Angelo ſuſcipere fructum baptiſmi. Sunt enim boni Angeli in gratia confirmati, & peccare non poſſunt. Non enim eſt credibile, ꝙ boni Angeli aliquos decipiant. Deciperent autem, ſi aliquē baptizarent, & ille non ſuſciperet fructū baptiſmatis. Et quia ſicut baptiſmus habet debitum miniſtrū, & debitam materiam, & quātū eſt de lege cōmuni, niſi ibi debita concurrant, non fit ibi baptiſmus; de lege tamē ſpeciali poteſt fieri aliter: ſic ſacramētum Euchariſtiæ requirit debitam materiam, & debitum miniſtrum. Debita enim materia eius eſt panis. Voluit enim chriſtus, ne† horror eēt ſumentibus Euchariſtiæ ſacramentū, ordinare & ſtatuere, ꝙ corpus eius ſumeretur ſub ſpecie panis. Ideo quantū eſt de lege cōmuni, quādiu durat ibi ſpecies panis, tādiu eſt ibi corpus Chriſti. Si ergo ſpecies panis poſt conſecratinnē hoſtię virtute diuina cōuertatur in ſpeciem carnis, quantum eſt de lege cōmuni, non eſt ibi Chriſtus, tamen quia (vt tactum eſt ſupra) deus non incitat nos ad idolatriam, nec intendit nos decipere, ideo nullo modo ſpecies panis conuerteretur in ſpeciem carnis, niſi ſpeciali ſua diſpenſatione faceret, ꝙ ſua virtute & ſua omnipotētia, quam non alligauit ſacramentis, verum corpus Chriſti formatū ex puriſſimis ſanguinibus Virginis eſſet ſub ſpecie carnis, quod erat ſub ſpecie panis. Patet ergo verum eſſe, qđ in Theoremate proponebatur, ꝙ ſi poſt conſecrationem virtute diuina conuertatur ſpecies panis in ſpeciem carnis, quantū eſt de Lege cōmuni nō eſt ibi chriſtus: ſed ſpeciali dei diſpenſatione omnino fatendum eſt, ibi chriſtum exiſtere.

† error

Propoſitio. XXV.

SI virtute diuina, poſt conſecrationem, hoſtiæ ſpecies panis conuertatur in ſpeciem pueri: vbi Chriſtus ſacramentaliter exiſtit, non deſcribetur, vt puer ille deſcri

bitur, videlicet, ut ſit caput in capite, & pes in pede: Sed in capite, & in pede, & in qualibet parte eius, neceſſe eſt totum chriſtum exiſtere.

Declaratio.

Si hoſtia appareat in ſpecie pueri vni aſtantiũ, & non alteri, vel ad modicum tempus appareat omnibus aſtantibus, ita ꝙ hoſtia exiſtens in manu ſacerdotis habeat ſpeciem pueri, & quaſi ſtatim poſt appareat in ſpecie panis, credibile eſt (vt ſuperius innuebatur) talem imutationẽ eſſe factã in oculis videntiũ, nõ in exteriori natura. Sed de tali immutatione loqui nõ intendimus: Sed ſi ſpecies & dimenſiones conſecratæ cõuertantur in ſpeciem & dimenſiones pueri: quia, ſi ſit diuina virtute, certum eſt ſpeciali eius diſpenſatione ibi chriſtum exiſtere, ideo inquirendum eſt, vtrum chriſtus ibi ſacramentaliter exiſtens deſcribatur deſcriptione pueri, vt ſit caput in capite, & pes in pede. Ad cuius euidentiam aduertendum, ꝙ (vt pluries tactum eſt) eſſe ſacramentaliter opponitur ei, quod eſt eſſe localiter. Nã licet illud idem corpus numero ſit in hoſtia ſacramentaliter, quod eſt in cęlo localiter: tamen (vt dicebatur) modo oppoſito eſt hic & ibi, qa in cęlo eſt ſubſtantia mediante quãtitate, ſed in hoſtia eſt quantitas mediante ſubſtantia. Secundo, in cęlo incipit eſſe localiter per motum localem, ſed in hoſtia incipit eſſe corpus Chriſti, vt ſubſtantia panis conuertitur in ipſum. Tertio, in cęlo vbi eſt vna pars chriſti non eſt alia: in hoſtia vero vbi eſt quæcunq; pars corporis Chriſti, ibi eſt totũ corpus. Quarto, in cęlo eſt totum corpus mediantibus partibus inquãtum ibi partes loci correſpondent partibus corporis: in hoſtia autẽ nullo modo ſunt partes, niſi mediante toto, quia (vt tangebatur ſupra) ita tota ſubſtantia panis conuerſa eſt in totam ſubſtantiam corporis, ꝙ nulla pars panis conuertitur in aliquã partem corporis. Si ergo corpus Chriſti non habet eſſe in ſacramento, niſi quia aliquid eſt conuerſum in ipſum, cum talis conuerſio ſolũ fiat in totum, & non in parte, ſub ſacramento nullo modo erunt partes corporis chriſti, niſi rõne totius. Quinto, in cęlo ſunt partes corporis chriſti, vt habent ordinem ad totũ, & ad locum: in ſacramento vero ſolum ſunt tales partes, vt habent ordinẽ ad totũ, & non ad locum. Ex his autẽ formari poſſunt quinq; rationes. Prima talis eſt, ꝙ facta conuerſione ſpeciei panis in ſpeciem pueri vt ſacramẽtaliter eſt ibi chriſtus, non deſcribitur corpus eius deſcriptione pueri, vt ſit caput in capite, & pes in pede. Nam ſi ſacramentaliter eſſe, non eſt eſſe ſubſtantiam mediante quantitate, ſed eſt eſſe quantitatem mediante ſubſtantia, quia ſm totalitatem ſubſtantialem res nõ diuidiť, vt ſit tota in toto, & pars in parte, ſed ſm dictam totalitatẽ (vt ſuperius probabatur) eſt tota res in toto, & tota in parte: chriſtus, vt ſacramentaliter exiſtit ſub ſpecie pueri, eſt totus in toto, & totus in qualibet parte. Non ergo deſcribitur chriſtus deſcriptione pueri. Secunda ratio eſt talis, quia ſi ad eſſe ſacramentaliter requiritur, ꝙ vbi ſit vna pars corporis chriſti, ibi ſit totum corpus, patet nullo modo eſſe ponendum, deſcribi chriſtum deſcriptione pueri, vt ſit totus in toto, & pars in parte: immo prout ponitur chriſtus ſacramentaliter eſſe ſub ſpecie pueri (quia ſm eſſe ſacramentale vbi eſt vna pars, ibi eſt totum) in qualibet parte pueri ſacramentaliter ponendus eſt totus chriſtus. Tertia ratio talis eſt. Nam quia nihil prius exiſtens acquirit nouũ locum, niſi per motum localem: cum ergo corpus moueatur localiter ꝓpter diuiſibilitatem, eo ꝙ motus diuidiť ſm partes eius quod moueť, vt dicitur. 6. phyſi. T.c.4. totum, ſicut mobile ſucceſſiue commenſurat ſe ſpatio ſcd̃m partes eius, ſic cõmenſurat ſe loco ſcd̃m partes eius; ꝑpter quod corpus chriſti, vt exiſtit in cęlo, eſt totum in toto loco, & pars in in parte. Sed quia in ſacramento eſt prout tota ſubſtantia panis conuerſa eſt in ipſum corpus, vbicunq; eſt chriſtus ſacramentaliter, eſt totus in toto, & totus in parte; cum ſubſtantia panis ante conuerſionem ſic eſſet in hoſtia ſecũdum totalitatem ſubſtantialẽ. Non ergo deſcribitur chriſtus deſcriptione pueri, prout ſacramentaliter habet eſſe ſub ſpecie eius. Quarta ratio ſic ſumi põt. Nam ſi partes corporis chriſti non ſunt ſacramentaliter alicubi niſi mediante toto, vbi non eſt totũ corpus, ibi nõ eſt pars corporis, quia vbi non eſt prius, ibi non eſt poſterius: ſm enim noſtrum modũ intelligendi prius eſt totum corpus ſub ſacramento, q̃ eius partes, cũ non ſit ibi pars corporis, niſi mediante toto. Si ergo chriſtus habet eſſe ſacramẽtaliter ſub ſpecie pueri, non cõmenſurabunt ſe partes corporis partibus pueri. Quinta ratio talis eſt. Dicebatur. n. partes corporis chriſti vt habent eſſe ſacramentaliter alicubi, non ſunt ibi ſitualiter, & vt habent ordinẽ ad locum: ſed, chriſto exiſtente ſacramentaliter ſub forma pueri, ſi partes corporis commenſurarent ſe partibus pueri, Chriſtus ibi eſſet ſitualiter: qđ eſt omnino oppoſitũ ei, quod eſt ſacramentaliter exiſtere. Dicamus ergo, ꝙ ſicut chriſtus exiſtens ſacramẽtaliter in hoſtia ſub ſpecie panis, non cõmenſurat ſe partibus hoſtiæ; ſed in toto totus, & totus in qualibet parte, ꝑpter qđ ſi verteretur hoſtia, vt pars ſuperior fieret inferior, non verteretur chriſtus vt caput eſſet inferius, & pedes ſuperius: ſic ſi virtute diuina dimẽſiones & ſpecies panis, ſub quibus eſt chriſtus ſacramentaliter, conuerterẽtur in dimenſiones & ſpẽm pueri, & ſpeciali dei diſpenſatione eſſet corpus chriſti ſacramentaliter ſub ſpecie pueri, iudicandum eſſet de exiſtentia corporis chriſti ſacramentaliter ſub forma pueri, ſicut iudicabamus de exiſtentia eius ſub ſpecie

Modi eſſendi ſacramẽtaliter et localiter opponuntur.

ci. panis. Non ergo commẽſurabunt ſe partes corporis chriſti pẽtibus pueri, ſed erit totus chriſtus ſub tota forma pueri, & totus in qualibet parte. Propter quod, ſi verteretur puer, vt caput haberet inferius & pedes ſuperius, non verteretur Chriſtus: ſed in qualibet parte pueri ibi totus chriſtus exiſteret.

Propoſitio. XXVI.

Corpus, qd' eſt altera pars compoſiti, cuius coniunctum prędicationem non ſuſcipit, ſolam materiam ſignificare dinoſcitur. Si igitur in tale corpus conuerteretur panis ſubſtãtia, in ſolam materiam eſſet conuerſa.

Declaratio.

Intentio autem propoſitionis propoſitæ eſt loqui de compoſito, vel de cõiuncto, qđ eſt in genere ſubſtantię, vt de ceruo, vel de leone, vel de quocũq; alio, quod eſt in genere ſubſtãtię, cuius pars eſſentialis dicit̃ eſſe corpus. Quodlibet enĩ animal diuiditur in animã & corpus, tanquã in partes eſſentiales: hmõi autem corpus, quod eſt pars animalis, de animali nõ prædicat̃ realiter, & eſſentialiter, quia non ſignificat niſi materiã. Quod ſic declarat̃, quia ſi non ſignificat materiam tantũ, ſed ſignificat materiam cum forma, vel ſignificat materiam cum forma ſubſtantiali, vel cum accidentali; cum accidentali non, quia forma accidentalis non eſt eſſentialis pars alicuius compoſiti, qđ eſt in genere ſubſtantiæ: accidentia enim non ingrediuntur quiditates ſubſtantiarum; nec loqui nos intendimus niſi de corpore, qđ ſic eſt pars compoſiti, vel coniuncti, ꝙ eſt tamẽ in genere ſubſtantiæ vel directe, vel per reductionem. Rurſum tale corpus dicere non põt materiam cum forma ſubſtantiali; quia materia cum tali forma prædicatur de cõpoſito: corpus autem, qđ eſt pars, non prædicatur de compoſito, animal enim non eſt corpus, qđ eſt pars eius. Non ergo poſſumus dicere, ꝙ materia cũ forma corporeitatis dicat corpus, qđ eſt pars animalis, quia materia cum tali forma conſtituit corpus, qđ eſt genus. Nam loquendo de ſubſtantiis ſenſibilibus, de quibus eſt noſtra intentio loqui, genus non dicit materiam ſolam, nec formam ſolam: ſed compoſitũ ex materia & forma. Ideo Boethius in cõmento ſuper prædicamentis dicit, ꝙ philoſophus volens determinare de genere ſubſtantiæ, relictis extremis, ideſt, relicta forma & materia, agit de medio, ideſt, de compoſito. Nam & ſi non eſt verum, ꝙ ſubſtantia ſimpliciter dicat compoſitum ex materia & forma; ſubſtantia tamen ſenſibilis & corpus, quod eſt genus, dicit compoſitũ ex materia & forma. Sicut ergo materia cũ forma animalitatis facit animal quod eſt genus: ſic materia cum forma corporeitatis facit corpus eſſe genus. Cum ergo genus prędicetur de ſuis inferioribus, & quodlibet compoſitum ſuſcipiat prædicationem eius, qđ reſeruat̃ in ipſo; quodlibet corpus ſenſibile eſt corpus, prout corpus nominat compoſitum ex materia & forma corporeitatis. Cum ergo pars non prædicet̃ de toto, corpus, quod eſt pars animalis, cuius animal prædicationem non ſuſcipit, quia (vt probatum eſt) nec dicit materiam cum forma accidentali, nec cum forma ſubſtantiali: relinquitur quod tale corpus ſolam materiã nominet. Quomodo autem ſola materia poteſt dici corpus, in. 28. propoſitione declarabitur: ad præſens autem ſufficiat nobis ſcire, ꝙ corpus, quod eſt altera pars animalis, nec de animali prædicatur, ſolam materiam nominat. Dicamus ergo, ꝙ corpus poteſt tripliciter ſumi. Vno modo, corpus eſt ipſæ tres dimẽſiones; ſicut enim magnitudo habens vnam dimenſionẽ eſt linea, & habẽs duas eſt ſuperficies: ſic magnitudo habens tres dimẽſiones eſt corpus: ꝓpter qđ corpus ſic acceptũ nihil aliud eſt, q̃ trina dimenſio. Secundo, corpus nominat compoſitum ex materia & forma corporeitatis: & ſic corpus eſt genus ad quodlibet animal. Tertio modo, corpus dicit ipſam materiam. Corpus primo modo ſumptum eſt quãtitas, eſt. n. in genere quantitatis ſm rectã lineã; propter qđ corpus ſic acceptũ nec eſt in genere ſubſtantiæ per ſe, ſicut compoſita ſunt in genere: nec eſt in genere ſubſtantiæ per reductionem, ſicut principia ſunt in genere ſubſtantiæ: quantitas enim nec eſt ſubſtantia, nec eſt principium in genere ſubſtantiæ. Corpus vero ſumptum ſecundo modo, prout dicit materiam cũ forma corporeitatis eſt in genere ſubſtantiæ ſecundũ rectã lineam. Et quia (vt tactum eſt) corpus ſic acceptũ eſt genus ad quodlibet animal, quia genus prædicatur de ſuis ſpeciebus, & habet rõnem totius: corpus ſic ſumptum prædicabitur de quolibet animali, & habet ſe vt totũ reſpectu animalis. Sic enim arguit phs in. 4. top ꝙ genus nõ habet rõnem partis, quia genus prædicatur, pars non prædicatur. Nõ ergo corpus ſic acceptum nominat corpus, qđ eſt altera pars animalis, quod de animali prædicari nõ poteſt. Ridiculũ enim eſſet dicere animal eſſe corpus, quod eſt pars eius. Si enim animal non eſt anima, quæ eſt pars ipſius, multo magis nõ eſt corpus, quod eſt pars eius. Cum enim res principaliter habeat eſſe per formam, & ex conſequẽti per materiam, ſi incompetenter dicit̃, ꝙ res ſit ſua forma, incompetentius dicitur, ꝙ ſit ſua materia: & cum animal principalius habeat eſſe per animam, & ex conſequenti per corpus, ſi incompetenter dicit̃, ꝙ animal ſit ſua anima, incõpetentius dicitur; quod animal ſit ſuum corpus. Siue ergo ponamus plures formas in compoſito, ſiue non, ſm quod ſpectat ad propoſitum, difficultatem quæſtionis non variat. Poſitio. n. de gradibus formarum a poſitione de vnitate

Marginal notes:

7. Met. t. 20. [beside "cidentia enim non ingrediuntur quiditates ſub-"]

Corpus tripliciter dicitur. Aeg. de grad. for. par. 2. cap. 1. & 2. [beside "poteſt tripliciter ſumi. Vno modo, corpus eſt"]

Loco. 12. [beside "ſpectu animalis. Sic enim arguit phs in. 4. top"]

formæ in hoc differt, quia ponentes vnam formam ſubſtantialẽ in compoſito, coguntur dicere, ꝙ totus ordo prædicamẽti ſit ab vna forma ſm rem, vt anima Leonis aliter & aliter conſiderata dat Leoni, ꝙ ſit ſubſtantia, ꝙ ſit corpus, ꝙ ſit animal, & ꝙ ſit Leo; ſed ponentes gradus formarum dicũt, Leonem per aliam formam eſſe corpus, & per aliam animal, & per aliam Leonem: ſemper enim materia cum forma corporeitatis faciet corpus, quod eſt genus: & in hoc non eſt diſtinctio inter ponẽtes multas formas, & vnam formam. Siue ergo ponantur multæ formę, ſiue vna, corpus, vt dicit materiam cum forma corporeitatis, non eſt corpus, quod eſt altera pars animalis, & quod de animali non prædicatur: cum corpus ſic ſumptum, quantũcunq; poſitionem ſequendo, oporteat nos dicere, ꝙ ſit genus, & quod de animali prædicetur. Cogimur ergo ad dicendum, ꝙ corpus ſumi poteſt tertio modo, ſecundũ ꝙ nominat ipſam materiam organizatam, quæ eſt ſub forma animalis, & informatur ab anima, & ſic acceptum corpus eſt in genere ſubſtantiæ non directe, ſicut compoſita & principiata ſunt in genere: ſed per reductionem, ſicut principia ſunt in genere. Iſto autem tertio modo, ſumptum corpus dicit partem compoſiti, quia dicit partem animalis: & cõiunctum non ſuſcipit prædicationem eius, quia corpus ſic dictum non prædicatur de animali, quod eſt quid coniunctũ, & quid compoſitũ: & etiam tale corpus nominat ſolam materiam, quod declarare volebamus. Materia ergo organizata, quæ eſt altera pars animalis, poteſt dici corpus. Sed quomodo materia ſic ſumpta põt dicere ſolam materiam, non addendo aliquam eſſentiam ſuper eſſentiam materiæ, hoc in. 28. propoſitione declarabitur. Ad præſens tamen tantum declaratum ſit, ꝙ materia ſic accepta poteſt dici corpus: & quod ſi in tale corpus conuerteretur ſubſtantia panis, in ſolam materiam eſſet conuerſa.

Propoſitio. XXVII.

RES vnius prædicamẽti modum alterius prædicamenti ſuſcipere poteſt, licet forte in alio prædicamento eſſentialiter eſſe non poſſit: Materia igitur corporis chriſti licet in prædicamento quantitatis eſſe non poſſit, poteſt ei modus quãtitatiuus competere.

Declaratio.

Differt conſiderare aliquid ſm rem & ſecundum modum; quodlibet enim habet, ꝙ ſit hæc res vel illa a ſua natura, & a ſua forma: quia quęlibet forma dat rei quod ſit hoc, & quod nõ ſit aliud ab illo; quælibet enĩ forma eſt vnitas quędam: vnum enim cum ente conuertitur, & vnitas cum entitate. Cum ergo vnum ſit indiſtinctum a ſe, & diſtinctum ab alio, forma dando rei, quod ſit hoc, dat ei ꝙ non ſit aliud. Nulla ergo res, quæ per aliquam naturam eſt in aliquo prædicamento, poteſt eſſe in alio prędicamẽto differente realiter ab illo. Bene ergo dictum eſt ꝙ diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum, diuerſæ ſunt ſpecies, & differentiæ. *Ariſt. in ante præd.* Non ergo res vnius prędicamenti per ſe loquẽdo poteſt eſſe in alio prędicamento realiter differente ab illo; tamen ſi duo aliqua prædicamẽta realiter non differrent, nõ eſſet inconueniẽs idem ſm rem eſſe in † diuerſis prædicamentis. *† duobus* Et inde eſt quod, quia actio & paſſio ſm philoſophum in. 3. phyſicorum eandem rem nominant, & non differunt niſi ſicut via, qua itur a Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas, *Tex. 18.* ideo eadem res eſt actio & paſſio. Nam calefacere, vt eſt a calefaciente, nominatur calefacere, & eſt in prædicamento actionis; vt vero ſuſcipitur in calefactibili nominatur paſſio, & dicitur calefieri, & eſt in prædicamento paſſionis. Sed ſi actio & paſſio realiter differrent, res, quæ eſſet in prædicamento actionis, non poſſet eſſe in prædicamento paſſionis. Et inde eſt, quod in ꝓpoſitione nõ ſimpliciter aſſerebatur, rem vnius prædicamenti non poſſe eſſe in alio: ſed dicebatur forte, quia ſi veritatem debet habere quod dicitur, intelligendum eſt, illa prædicamẽta differre realiter, vel intelligendum eſt cum reduplicatione. Nam & ſi eadem res põt eſſe in prædicamento actionis & paſſionis, nunquã tamen res illa, vt eſt in prædicamento actionis, eſt in prædicamento paſſionis. Pręterea intelligendũ eſt hoc quantum ad id, quod res ſignificat, quod p rem principaliter importatur: non quantũ ad id, qđ implicat, quod importatur ex cõſequenti: nam album ſignificat albedinẽ, quæ eſt in prędicamento qualitatis, & in alio prędicamento eſſe non poteſt: implicat tamen ſuppoſitum, quod eſt in prædicamento ſubſtantiæ. Si ergo bene intelligatur dicta propoſitio, patet, quomodo res vnius prędicamenti in alio prædicamento eſſe non poteſt; non tamẽ eſt incõueniens, rem vnius prædicamenti habere modũ alterius prædicamenti, & vniuerſaliter vnã rem habere modum alterius; quia licet reale eſſe competat rei per ſuam eſſentiam & naturam, modus tamen *Aeg. quodl. 4. q. 8.* poteſt rei competere ex eo quod alteri coniungitur, vel ſecundum quod ad aliud comparatur; quia ſecundum quod ad aliud & ad aliud cõparatur, & prout alii & alii connectitur, alium & alium modũ induit: quod declarari poteſt tam in his, quæ naturaliter ſenſu apprehendimus, q̃ in his, quæ ſupernaturaliter fide ſuſcipimus. Videmus enim, quod forma ſuſcipit aliquo modo mẽſuram & modum a materia, omne enim, qđ recipitur in aliquo, recipitur per modũ rei recipientis, & nõ rei receptę, vt dr̃ in libro de cauſis: *Prop. 10.*

ſm

ſm.n.modum & mẽſuram paſſiuorum eſt mo-
dus & menſura formarum receptarum in ipſis.
Actus.n.actiuorum ſunt in patiente & diſpoſi-
T.c.24. to, vt dicitur in. 2. de anima. Nunquã. n. forma,
vt comparatur ad materiam, in qua ſuſcipitur,
proprie loquendo, mutat rem, ſed modum. Nõ
enim ſi forma caloris ſuſcepta in vno ſuſcepti-
bili dat eſſe calidum, ſuſcepta in alio dat eſſe fri-
gidum: tamen vt ſuſceptiua ſunt magis & minus
diſpoſita, magis & minus calefiunt, & ſecũdum
alium & alium modum formam caloris ſuſci-
piunt. Et ſicut eſt in eſſendo, ꝙ res vna ſumit
modum ex alia, vt formæ ſumũt modum & mẽ
ſuram ex ſuis ſuſceptibilibus: ſic eſt in ſignifican
do, & prædicando, quia quod ſignificat & præ
dicat rem vnã, põt prædicare, & dicere, vel ſi-
gnificare rem illam per modum alterius, vt qđ
ſignificat quid, poteſt dicere quid per modum
qualis: & quod ſignificat quale, põt dicere qua-
le per modum ad aliquid. Scientia enim, quæ
ſm rem eſt qualitas, & eſt eſſentialiter in prædi-
camento qualitatis, habet quendam modũ rela
tiuum, ex eo quod relatiue refertur ad ſcibile, &
inde ſumpſit originem; quia quædam ſunt rela
tiua ſecundum eſſe, & quædam ſm dici, quia ea,
quæ ſunt in aliis prædicamentis & ſunt eſſentia
liter qualitas, vel ſubſtantia, vel alia prædicamẽ
ta, habẽt quendã modum relatiuũ, propter qđ
dicta ſunt relatiua ſecundum dici. Non.n. ſunt
relatiua ſcđm eſſe, & eſſentialiter, quia non ſunt
eſſentialiter in prædicamẽto relationis: ſunt ta-
men relatiua ſm dici rõne modi relatiui, quem
important. Sic etiam omnis forma ſubſtantialis,
quę ſm rem eſt ſubſtantia, habet tamen quendã
T.c.19. modũ qualẽ: propter quod in. 5. metaph. dr̃, ꝙ
qualitas vno modo dicit̃ de forma ſubſtantiali,
ſiue de eo, per qđ differt vna ſubſtantia ab alia.
Et quia differentia talem formam nominat, in-
de ſumpſit originem id quod cõmuniter dicit̃,
videlicet, quod differentia ſm rem dicit quid, &
ſcđm modum dicit quale. Sic & vniuerſalia, &
omnes ſecundæ ſubſtantiæ ſm rem dicunt qd;
ſed ſecundũ modũ dicunt quale. Et ideo licet ſe
cundæ ſubſtantiæ ratione ſimilitudinis nomi-
num videantur ſignificare hoc aliquid: quia per
idem nomen poteſt importari ſubſtãtia vniuer
ſalis & particularis: non tamen ſignificant hoc
aliquid, ſed magis quale quid, vt dicit̃ in prædi-
In tertia cõiu camentis: ſignificant. n. quid per modũ qualis,
te ſubſtantiæ. ideo dicuntur ſignificare quale quid, vt quid re
feratur ad rem, quale ad modum rei. Et ſicut
vniuerſalia & differẽtiæ, quæ ſecundũ rem ſunt
quid, poſſunt habere quendam modum qualẽ;
ſic materia, quæ ſcđm rem eſt quid, poteſt habe
re quendam modũ quantũ ſiue quãtitatiuũ, vt
infra dicetur. Et quod dictũ eſt de his, quæ na-
turaliter ſenſu percipimus, quod id, quod ſcđm
rem eſt vnum, ſm modũ poteſt eſſe aliud: idẽ
ſentire debemus in his, quæ ſecundũ fidẽ appre
hendimus. Nam in ſacramento Euchariſtiæ, ga

A accidẽtia ſunt ibi ſine ſubiecto, vt ĩfra declarabi
tur; quod ibi ſecundum rem eſt accidens, habet
quendam modũ ſubſtantiæ, inquantũ compe-
tit ei per ſe eſſe: & natura humana in chriſto li-
cet ſm rem ſit ſubſtãtia, tamẽ quia aduenit Ver
bo poſt eſſe completum, habet quendã modũ
accidentis. Ideo in ſcriptura aliquando vnio il-
la † ſignificabatur per habitum: ſiue per indumẽ
tum, iuxta illud Apoſtoli, In ſimilitudinẽ homi *† figurabatur*
num factus, & habitu inuentus eſt, vt homo: Eſt *Philip. cap. 2.*
enim de ratione habitus: ſiue de ratione indu-
menti, quod adueniat non habenti, & induto
poſt eſſe completum. Nunq̃ ergo quod eſt ſm
rem ſubſtantia, erit accidens ſecundũ rem, nec
econuerſo: & quod eſt ſcđm rem quid, nunquã
B erit ſecundũ rem quale, vel quantũ: ſed ſicut qđ
eſt ſcđm rem quale, vel quantum, poteſt habere
quẽdam modum relatiuũ: ſic quod ſecundum
rem eſt quid, poteſt habere quendam modum
qualem, vel quendã modum quãtum, & quod
ſecundũ rem eſt ſubſtantia, poteſt habere quen
dam modum accidentalem, & econuerſo. Ex
quo manifeſte patet, quod ſicut diſtinguimus re
latiua ſecundum eſſe & ſecũdum dici: ſic diſtin- *In oĩ prædica*
guere poſſumus, quod eſt ſubſtantia ſecundum *mẽto poſſumus*
eſſe, & eſt ſubſtantia ſecundum dici: & eſt acci- *uti hac diſtin-*
dens ſecundum eſſe, & accidens ſecundum di- *ctiõe, uidelicet,*
ci, vt eſt qualitas, & quantitas ſecundum eſſe, & *eſſe in tali p̄di*
ſecundum dici. Propter quod patet, quomodo *camento ſcđm*
C res vnius prædicamenti, non eſt in alio, ſed in- *eſſe uel ſecun-*
duere poteſt modũ alterius. Materia ergo, quæ *dum dici.*
eſt in Chriſto, licet eſſe non poſſit in alio prędi
camento, q̃ in prædicamento ſubſtantię: poteſt
tamẽ ei competere quidã modus quãtitatiuus:
quod declarare volebamus.

Propoſitio. XXVIII.

MAteria, quæ ſecũdum rem
eſt in prædicamento ſub-
ſtantię, prout modũ quen
dam quantitatiuũ induit,
qui modus ſupra naturam materię nul
lam addit eſſentiam, poteſt corporis
appellationem ſuſcipere. Poterit er-
D go dici, ꝙ in corpus chriſti ſit facta pa
nis conuerſio, ſi in ſolam materiam pa
nis ſubſtantia conuertatur.

Declaratio.

Nulli dubium eſt, quod materia organizata po
teſt appellari corpus: ex hoc. n. ſecundũ vnum
modum exponẽdi Anima dicitur actus corpo
ris, quia perficit naturam organizatam: eſt enim
cõmune omni animæ quod non habet eſſe in
ſuo ſuſceptiuo ante organizationẽ materiæ. Si
ergo poſſemus oſtendere, quod põt accipi ma-
teria vt organizata, & tamen organizatio non
dicat aliquam eſſentiã ſupra naturam materiæ,
ſed ſolum importet quendam quantitatiuũ mo

dum: propoſitum Theorema nullã difficulta-tem habebit; hoc enim poſito, manifeſtum erit, quod ſola eſſentia materiæ, prout competit ei quidam quantitatiuus modus, poterit ſuſcipere appellationem corporis.i.poterit appellari corpus. Notandum ergo, quod licet extenſio per ſe & primo cōpetat quantitati, & nihil extendatur, niſi mediante quantitate: tamẽ aliȩ ſunt partes quantitatis a partibus eorum, quæ per quãtitatem extenduntur: videmus.n.albedinem extẽdi per ſuperficiem, ſecundũ quã extenſionẽ, quã ta eſt ſuperficies, tanta eſt albedo. Ideo dicit in Prædicamentis quod dicimus albedinẽ multã, eo quod ſuperficies multa ſit; ſi tamen ſuperficies ab albo diuideretur, partes albedinis eſſent aliȩ a partibus ſuperficiei. Et quia ad alietatem partium ſequitur alietas extenſionis, dicere poſſumus, quod extenſio ſecundũ partes albedinis eſt alia ab extenſione ſecundum partes ſuperficiei. Nam & ſi bonitas cauſatorum eſt a bonitate cauſæ, & a ſe tantam bonitatem non hñt, dicere tamen poſſumus quod bonitas & entitas cauſati realiter differt a bonitate & entitate cauſæ. Sic ſuo modo ex parte iſta contingit. Nam licet ſint partes in albedine ſolum propter partes ſuperficiei, tamen quia vere ipſa albedo extenditur extenſione ſuperficiei, ex quo albedo differt realiter a ſuperficie, & alia eſt eſſentia albedinis ab eſſentia ſuperficiei; partes albedinis oportet eſſentialiter differre a partibus ſuperficiei. Cum ergo ipſa materia extendatur extẽſione quãtitatis, & cum diuidiẽ materia quanta, ſimul cum quãtitate diuiditur materia; ſicut cum diuidebatur ſuperficies alba, ſimul cum ſuperficie diuidebatur albedo: oportet partes materiæ eſſe alias a partibus quãtitatis, ſicut partes albedinis erant aliæ a partibus ſuperficiei. Licet ergo materia non habeat partes niſi per quantitatẽ, aliæ tamẽ ſunt partes materiæ aliæ quantitatis. Immo ſi quantitas haberet eſſe per ſe abſq; eo quod haberet eſſe in materia, & quãtitas ſic accepta diuidereẽ, eſſet ibi aſſignare partes quãtitatis abſq; partibus materiȩ. Igitur cum quantitas habet eſſe in materia, ſi diuiditur tale quãtum, non ſolum diuidetur quãtitas: ſed etiam diuideẽ materia, quæ eſt ſub quãtitate, & per quãtitatem extenditur. Et quia non eſt diuiſio niſi in partes, & alietas diuiſionis arguit alietatẽ partium; ex quo in prædicta diuiſione nõ ſolum diuidiẽ quantitas, ſed etiã diuiditur materia, quæ eſt ſub quãtitate, oportet ibi dare alias partes a partibus quãtitatis, & huiuſmodi partes aliæ ſunt partes materiæ. Si igiẽ omne genus partium dicit aliquã materiam & aliquam eſſentiam, huiuſmodi partes materiæ vel dicunt ſolam eſſentiam materiȩ, vel ſolam eſſentiam quãtitatis, vel dicũt aliquã eſſentiam, & aliquã naturam vnam compoſitã reſultantem ex vnione quãtitatis cum materia. Cõſtat autem tales partes nõ dicere ipſam eſſentiam quãtitatis. Dictum eſt.n.huiuſmodi partes materiæ alias eſſe a partibus quãtitatis. Nec etiã dicere poſſumus, tales partes dicere eſſentiã cõpoſitam ex quantitate & materia. Nam ex materia & quantitate fit vnum per accidens: ex his autem, quæ coniunguntur per accidens, non reſultat natura tertia; ex corpore enim & anima rationali reſultat natura tertia, vt natura humana, quia anima per ſe vnitur corpori: ſed ex corpore & albo non reſultat natura tertia, quia albedo accidit corpori. Oportet ergo prædictas partes dicere ſolam eſſentiam materiæ. Dicendo enim materiam quantam ſolum, duas eſſentias ſignificamus materiæ, & quantitatis. Et tertiam eſſentiam nullo modo dicimus, quia non fit aliqua natura vna ex materia, & quantitate.

A Si igitur in materia quanta eſt dare partes alias a partibus quantitatis, oportet partes illas alias, ex quo non ſignificant eſſentiam quantitatis, importare ſolam eſſentiam materiæ: propter qđ materia a partibus ſic acceptis habet quendam modum quãtitatiuum, ſed huiuſmodi modus nullam eſſentiam addit ſupra eſſentiam materiæ, quia partes illæ ſolam eſſentiam materiæ dicunt. Et quia materia ſic accepta a talibus partibus dicit materiam organizatam, quia materia organizata poteſt dici corpus, nulli dubium eſſe debet, quod ſola eſſentia materiæ, prout inducit quendam modum quantitatiuum, poteſt appellari corpus. Dicamus ergo, quod cum organizatio partes reſpiciat, materia organizata

B pōt dupliciter intelligi. Vno modo, vt includit partes quantitatis, & ſic, ſi diciẽ corpus, tale corpus idem eſt quod materia quanta; propter qđ corpus ſic ſumptum non erit in genere: concreta enim & aggregata, quia includunt naturas plures, non conſtituunt naturam tertiam, ideo potius ſunt in generibus, quàm in genere; propter quod dicitur tertio Topicorum, quod iuſtum non eſt in genere, ſed iuſtitia. Secũdo modo poteſt accipi materia organizata, vt includit ſolas partes materiæ, abſq; partibus quantitatis: & quia tales partes ſolam eſſentiam materiæ dicunt, materia ſic accepta ſolam eſſentiam materiæ nominat: ideo corpus, quod nominat materiam ſic organizatam, non dicit niſi ſolam

C materiam, prout competit ei quidam quantitatiuus modus. Et quia ſola materia accepta, vt dictum eſt, poteſt dici corpus, ſi in materiam organizatam exiſtentem in Chriſto conuerteretur ſubſtantia panis, quia materia organizata dicit ſolam materiam, vt oſtenſum eſt: quod poteſt dici corpus, poſſet etiam dici panis conuerſus in corpus Chriſti: & tamen in ſolam materiam facta eſſet panis conuerſio. Sed tamen corpus illud licet determinareẽ ad genus ſubſtantiȩ ſolum, non tamen eſſet in genere ſubſtantiæ directẽ, ſed per reductionem.

Propoſitio.

Marginal notes: Aeg. de eſſe et eſſ.4.8. — Præd. qual. — Cap.1.

Propoſitio. XXIX.

Ola materia, quę ſecundũ
ſe quid indiuiſibile no-
minat, prout ei ſuperad-
ditur quidam quantita-
tiuus modus abſq; addi-
tione alterius eſſentiæ, quoddam to-
tum poteſt congrue nuncupari. *Si igi-
tur in ſolam materiam exiſtentem in
Chriſto panis ſubſtantia conuertatur,
dicetur, quòd totius in totum ſit fa-
cta conuerſio.*

Aperitio.

Licet res vnius prædicamenti, prout induit mo
dum alterius pdicamenti, non diuerſificet eſſen
tiam, nec mutet prædicamentũ: tamen ſi compe
teret ei actualis exiſtentia ſine illo modo, & cũ
illo, vt haberet talem modum, & vt careret eo,
ſortiretur realem differentiam. Albedo enim,
prout habet eſſe extenſum, & prout conſidera
tur ſm partes nominantes ſolam eſſentiam albe
dinis, competit ei quidam modus quãtitatiuus.
Quicquid enim eſt extenſum, vel eſt quantitas,
vel hoc habet ex quantitate, & vt induit quen-
dam quantitatiuũ modum; ſed huiuſmodi mo-
dus nullam eſſentiam addit ſupra naturam rei,
nec trahit rem extra prędicamentũ. Nam cum
non ſolum ipſa quãtitas habeat eſſe extenſum,
ſed etiam verè extendatur ipſa albedo ſm extẽ-
ſionem eius, extenſio albedinis eſt alia ab exten-
ſione ſuperficiei: ſed huiuſmodi extenſio ſolum
nominat quendam modũ albedinis, dicit enim
modum illũ, quẽ habet albedo, vt habet eſſe in
ſuperficie. Non ergo huiuſmodi extenſio addit
aliquam naturã ſupra eſſentiam albedinis, quia
tunc ſuperficies alba diceret tres eſſentias, videli
cet eſſentiam ſuperficiei, & eſſentiam albedinis,
& extenſionem illam, quæ acciperet ſm partes
albedinis, differẽtes a partibus ſuperficiei. Cum
ergo ex ſuperficie & albedine non cõſtituatur
natura tertia, ſuperficies alba ſolum duas eſſen-
tias nominat; & oportet illam extenſionẽ albe-
dinis non dicere aliquã eſſentiam ſuperadditam
naturæ albi, ſed ſolũ importare quendam mo-
dum quantitatiuũ, qui competit albedini, eo ꝙ
radicatur in quanto. Rurſum talis extenſio, qa
non addit aliquam eſſentiam ſupra naturam al
bedinis, nec diuerſificat eſſentiam eius, non tra-
hit albedinem in aliud prædicamentum. Cum
enim omnis color habeat quoddam eſſe quan-
titatiuum, quia omnis color in corpore eſt, vt
In Antepræd. dicitur in prædicamentis, & etiam eſt proprium
Et 5. metaphy. ſuperficiei primo loco colorari, vt dicitͬ in To-
T. c. 23. picis: ſi huiuſmodi modus trahit naturam colo
ris in aliud prędicamentum, nullus color erit in
prædicamento qualitatis. Non ergo diuerſifi-
cat prædicamentũ modus ſuperadditus naturæ
A rei. Non tamen debemus concedere, ꝙ nullam
differentiam realem faciat talis modus. Si enim
albedo poſſet habere eſſe præter quantitatẽ, &
habere eſſe nõ extenſum, realiter differret a ſe-
ipſa, vt haberet eſſe extenſum, & vt fundaretur
in quanto. Dicere ergo poſſemus, ꝙ extenſio
accidit albedini, quia albedo per ſe non eſt quid
extenſum, ſed accidit ei extenſio: eſt enim exten
ſa per quantitatem. Rurſum ipſa extẽſio eſt ali
quid receptum in albedine, quia modus rei eſt
aliquid receptum in natura rei: extenſio autem
competit albedini mediante extenſione ſuperfi-
ciei, & (vt tactum eſt) nominat quendam mo-
dum albedinis. Amplius huiuſmodi extenſio fa
cit realem differentiam in albedine, nec tamẽ di
B cit aliam eſſentiam ab eſſentia albedinis: ſed ꝑ
tanto dicitur realem differentiã facere in albedi
ne, quia ſi albedo haberet eſſe, ſm modum non
extenſum (vt dicebatͬ) realiter differret a ſeipſa,
vt ei extenſio competeret. Hoc viſo, patet quid
ſit dicendum de materia. Nam ſicut extenſio cõ
ſiderata penes partes albedinis, differẽtes a parti
bus ſupficiei, dicit quendã modũ albedinis ſolũ,
quem ſortitur albedo, vt eſt in quãtitate; ſic qa
partes materiæ ſunt aliæ a partibus quantitatis,
extenſio competens materię conſideratæ ſcd̃m
ſuas partes, non dicit aliquã eſſentiam ſuperad-
ditam materiæ: ſed ſolum nominat quendã mo
dum, quem acquirit materia, eo ꝙ eſt quantita-
C tis ſubiectum. Propter qđ extenſio ſic accepta
accidit materiæ, & eſt aliquid receptum in eſſen
tia materiæ, & aliquo modo diuerſificat mate-
riam: non tamen dicit aliquã eſſentiam ſuperad
ditam naturæ materiæ, ſed modum ſolum. Et
quia res non eſt ſuus modus, non eſſet bene di-
ctum, materiam eſſe extenſionẽ ſuam. Et quia
quicquid conſideratur, vt extenſum, eſt totum
quoddam, quia extenſio requirit partes, ex qui-
bus conſtituatur extenſum; patet bene eſſe dc̃m,
ꝙ ſola eſſentia materiæ, quæ de ſe quid indiuiſi
bile nominat, prout ei competit quidã modus
quantitatiuus, abſq; additione alterius eſſentiæ
totum quoddã nominari poteſt. Et quia mate-
riæ exiſtenti in Chriſto competit quidam mo-
dus quantitatiuus, talis materia quoddam totũ
dici poterit. Si ergo in ſolam materiam exiſten
D tem in Chriſto conuerteretur ſubſtantia panis,
poſſet ibi dici, ꝙ totius in totum eſſet facta con-
uerſio. Ex his autem iuuamur ad intelligẽdum
eſſe & eſſentiam creatorũ. Videmus enim, ꝙ ſo
la quantitas eſt ſua extẽſio, quia extenſio in quã
titate non eſt aliquid ſuperadditũ quantitati: nõ
enim quãtitas eſt extenſa per aliud, ſed ſeipſa eſt
quid extenſum. Propter qđ quia non competit
ei extẽſio participatione, ſed eſſentialiter eſt ipſa
extenſio, ideo non põt intelligi quantitas, ſi nõ
intelligeretur extenſa, pertinet enim ad ipſam
quiditatem quantitatis extenſio. Vnde ſi diffini-
retur quantitas diffinitione non per additamen
tum, extenſio pertineret ad quiditatem ipſius. cę

Digitized by Google

tera autem præter quãtitatem ſunt extenſa per A
participationem, & extenſio dicit quiddam ad-
ditum naturæ eorum: quæ ſi non diffinirentur
per additamenta, extenſio non ingrederet̃ diffi
nitionem eorum, & poſſent intelligi non intel-
lecta extenſione. Sic ex parte ipſius eſſe ſuo mo
do videre poſſumus. Nam ſola eſſentia diuina
eſt ſuum eſſe, quia eſſe in eſſentia dei non dicit
aliquid ſuperadditum naturę eius. Eſt autẽ na-
tura diuina a ſeipſa, & non acquirit eſſe p aliud.
Propter qđ quia non habet eſſe per participa-
tionem, ſed eſſentialiter eſt ſuum eſſe: ideo non
põt intelligi natura diuina non intellecto ipſius
eſſe: immo ſi diffiniretur talis natura diffinitione
non per additamentum, eſſe pertineret ad qui-
ditatem eius. Cætera autem entia quia habent
eſſe per diuinam eſſentiam, eſſe dicit aliquid ad- B
ditum naturæ eorum, propter qđ eſſe non per
tinet ad naturam alicuius entis creati. Et ſi quod
libet ens creatum diffiniretur diffinitione non
per additamenta, eſſe non ingrederet̃ diffinitio
nem alicuius creaturæ; ppter qđ eſſe nullo mo-
do ingreditur diffinitionẽ ſubſtantiæ, quia ſub
ſtantia non diffinitur per additamentum. Si au
tem ingreditur diffinitionẽ accidentis, hoc ideo
contingit, quia accidentia habent diffinitionem
per additamentum, & aliquid ponitur in diffini
tione accidentis, quod nõ pertinet ad eſſentiam
eius. Ex his autẽ clare patet, ꝙ eſſe accidit cuili-
bet creaturæ, & dicit aliquid receptũ in natura
cuiuſlibet creati, & dicit aliquid additum in na-
tura cuiuſlibet entis creati, & facit realem diffe-
rentiam in rebus creatis. Vtrum tamen eſſe di-
cat aliquã eſſentiam additam eſſentiæ creaturę
(videtur enim abſurdũ ꝙ eſſentia & eſſe dicant̃
duæ eſſentię). Quomodo ergo habeat eſſe iſta
realis differentia; & vtrum eſſentia & eſſe poſſint
dici duæ res: & quomodo eſſe fluit ab eſſentia,
& eſt actus eius: oſtendere non eſt pręſentis ſpe
culationis. Tamen quia vtplurimum circa eſſe
creaturarum fatigantur adiſcentes, & multi, cũ
loquuntur de eſſe & eſſentia, in ſolis verbis ſu-
ſtentantur: cum locus occurrerit (domino con
cedente) intendimus hoc diffuſius pertractare.

Eſſe eſt de quiditate diuinæ naturæ, nõ autẽ naturarũ creatarũ.

Propoſitio. XXX.

QVia ſecundum ſe conſide
rata materia aliquid indi
uiſibile nominat, prout
vero additur ei quidam
quantitatiuus modus dicitur quod-
dam totum, & poteſt corporis appella
tionem ſuſcipere: oportet modum il-
lum materiam magis compoſitam rea
liter reddere. Si ergo in ſolam materiã
exiſtentem in chriſto conuertatur pa-
nis ſubſtantia, in rẽ compoſitam con-
uertetur.

Declaratio.

Si materia ſecundum ſe accipiatur, non conſide
rata prout in ea habet eſſe quantitas, vel prout
ei competit quidam quantitatiuus modus, nul-
lo modo materia ſic accepta poteſt dici totum,
nec poteſt nominari corpus: & inde eſt ꝙ om-
nes antiqui philoſophantes in hoc errauerũt,
quia materiam omnino primam, & ſm ſe acce-
ptam dixerũt eſſe corpus, & eſſe aliquid in actu.
Nam aliqui materiam ſic dictam dixerunt eſſe
ignem, aliqui aerem, aliqui aquam; ita ꝙ omnia
elementa acceperunt iudicem præter terrã, nul
lus enim philoſophantium poſuit ſolam terrã
eſſe principium omnium corporum. Tamen
terram cum aliis aliquis philoſophantium po-
ſuit primum principium, quia Empedocles po
ſuit omnia elementa eſſe primum principium B
materiale corporum, nullus tamen philoſopus
iudicauit ſolam terram eſſe tale principiũ. Qui-
dam tamen legiſta, Heſiodus nomine, vt dicitur
in primo metaphyſicæ, poſuit ſolam terrã eſſe *T.c.14.*
principium omnium corporũ: ſed ipſe nõ fuit
de philoſophantibus, immo fuit vir famoſus in
legibus, vt recitat cõmentator ibidem. Et ſicut
aliqui philoſophantium poſuerunt vnum ele
mẽtum eſſe principium oĩum, aliqui vero aliud;
ſic aliqui poſuerunt medium inter aliqua elemẽ
ta eſſe tale prĩcipium. Cum ergo ſic omnes phi
loſophantes loquerentur ſolum de cauſa mate
riali, oportebat eos dicere materiam ſecundum
ſe conſideratam, & vt eſt primũ principium ha-
C bere rationem corporis, qđ eſt omnino falſum:
nam materia omnino prima, & ſm ſe accepta,
nec eſt corpus, nec eſt aliquid in actu. Ideo phi
loſophus primo metaphycæ reprehendit om *T.c.17.*
nes antiquos philoſophantes, dicens eos erraſ-
ſe, quia poſuerunt materiam elementum corpo
reum. i. de numero corporũ, quia dixerunt ma
teriam eſſe corpus, & non dixerunt eam de nu
mero non corporum. In fundamento enim na
turę non eſt aliquid diſtinctum, neq; quantum,
neque quale. Eſt enim materia prima medium
inter ens & nihil, vt dicit Commentator primo
phyſicorum, qđ concordat cum verbis Augu- *Com. 79.*
ſtini in libro Confeſſionũ, dicentis, Duo feciſti *12. cap. 7.*
D domine, vnum prope te, vt naturam angelicã;
& aliud prope nihil, vt materiam primam. Cũ
ergo materia prima ſm ſe conſiderata nõ dicat
aliquid in actu, melius dixiſſent philoſophi, ſi
materiam ſic acceptam dixiſſent eſſe nõ corpus,
ꝗ dicendo eam eſſe corpus. Non enim materia
ſic ſumpta habet partes, nec eſt aliquid diuiſibile,
ſed indiuiſibile. Tamen (vt ſuperius oſtenſum
eſt) ſi accipiatur materia vt competit ei quidam
modus quantitatiuus, contingit materiam par
tes habere. Nam licet materia habeat partes per
quantitatem, tamen (vt dicebatur) partes mate-
riæ, ſunt aliæ a partibus quantitatis. Cum ergo
illę partes materiæ non dicant aliam eſſentiam

niſi

niſi eſſentiam materiæ, ſecundum rei veritatem A
materia ſic accepta eſt cõpoſita: eſt enim quod-
dam totum ad ſuas partes. Et quia ſic conſidera
ta materia, vt habet tales partes, non dicit aliam
eſſentiam, ſed ſolum additur ei quidam quanti-
tatiuus modus: patet verum eſſe qđ in Theore
mate proponebat̃, videlicet, ꝙ hmõi modus ſu-
peradditus materiæ etiam realiter reddit mate-
riam magis compoſitam. Cum igitur materia,
vt exiſtit in chriſto, ſit aliquid extenſum & orga
nizatum, & habeat quendam modum quantita
tiuum, & competat ei habere partes, quæ par-
tes non dicunt aliam eſſentiam ab eſſentia mate
riæ, cum quælibet pars materiæ ſit materia, con
ſtat materiam exiſtẽtem in chriſto eſſe quid rea B
liter compoſitum, cum realiter habeat partes.
Si ergo in ſolam materiam exiſtentem in Chri
ſto conuerteretur panis ſubſtantia, in rem com
poſitam eſſet conuerſa: quod declarare voleba
mus.

Propoſitio. XXXI.

QVoniam materia non di-
cit quoddam totum, nec
meretur nomen corporis
niſi propter modum quan
titatiuum, quem induit, quia prout cõ
paratur ad animam hoc maxime obti
net, proprie & potiſſime debet mate-
ria dici corpus, prout diuiditur ex op- C
poſito contra animam, & non contra
formas alias corporales. Materia ergo
organizata in chriſto exiſtens cõgrue
poteſt dici corpus.

Declaratio.

Conſurgit ex præcedentibus rationabilis dubi
tatio. Nam ſi materia ſecundũ ſe accepta nõ me
retur nomen corporis, conſiderata tamen vt in
duit quendam modum quantitatiuum, induit
rationem corporis, & habet rationem totius, &
eſt quid compoſitum ex pluribus partibus: quia
cum materia nunquã abſoluatur a quantitate,
ſemper competet materiæ quidam modus quã
titatiuus: ſub quacũq; ergo forma ſit materia,
ſemper erit quanta, loquendo de materia ſenſi D
bili, quia de tali loqui intendimus. (Vtrum au-
tem intelligibilia materiam habeant, nõ eſt præ
ſentis ſpeculationis.) Si igitur modus quantita
tiuus dat materiæ ꝙ habeat rõnem corporis, &
materia nunquam abſoluitur a tali modo, ſicut
nec abſoluitur a quantitate, ad quãcunq; formã
comparetur materia ſemper habebit rationem
corporis. Igitur ſicut dicimus, ꝙ animal eſt com
poſitum ex corpore & anima, quia materia, in-
duens modum quantitatiuum, habet rationem
corporis: ſic (vt videtur) dicere poterimus, lapi-
dem compoſitum eſſe ex forma & corpore; qa
materia lapidis, vt comparatur ad formam ſuã,
habet modum quantitatiuum. Poterimus ergo

A dicere in lapide eſſe duplex corpus; corpus,
quod eſt genus ad lapidem, qđ dicit totũ, & præ
dicatur de lapide: & corpus, quod eſt altera ps
compoſiti, & de lapide non prędicatur, quia eſt
pars lapidis; ſicut diſtinguimus in animali du-
plex corpus: corpus, quod eſt genus ad animal,
& corpus, quod eſt pars eius. Et quod dictũ eſt
de lapide & de mixtis inanimatis, dici poſſet de
miſcibilibus & elementis: ſicut enim forma lapi-
dis non recipitur niſi in materia quanta, ſic etiã
nec forma ignis, nec forma aquæ poſſunt reci-
pi niſi in materia quanta. Secundum ergo hãc
viam (vt videtur) poſſemus dicere, ꝙ ignis eſſet
compoſitus ex corpore & forma, ſicut animal [*Pulcherrima*
B eſt compoſitum ex corpore & anima. Sed quia [*dubitatio.*]
talia nec vſus loquendi admittit, nec ratio pati
tur, oportet dare cauſam, quare materia, vt eſt
ſub forma animalis, & vniuerſaliter vt informa
tur anima, poteſt dici corpus: vt verò informat̃
aliis formis, non proprie meretur nomen cor-
poris. Rurſum animal diuiditur in per ſe mo-
uens, & in per ſe motum, diuiditur enim in anĩ
mam & corpus; anima autem eſt per ſe mouẽs,
& corpus per ſe motum; cætera vero corpora
inanimata non mouentur ex ſe. Si ergo mate-
ria, vt induit modum quantitatiuum, poteſt di-
ci corpus, tunc mixta inanimata & etiam elemẽ
ta diuiduntur in corpus & formam: ergo ele-
menta mouerentur ex ſe, & nõ mouerent̃ a ge
nerante. Tota enim cauſa, quare elementa non
poſſunt moueri ex ſe, ſumitur ex eo ꝙ non di-
uidunt̃ in formã & corpus: ſed in formã & ma-
teriam. Ideo & ſi forma poſſet eſſe ꝑ ſe mouẽs,
materia non poteſt eſſe per ſe mota; non enim
habet, per quid reſiſtat motori: ideo Commen
tator in. 4. phyſicorũ vult, ꝙ in elemẽtis res mo [*Com. 70.*]
ta eſt in potentia ſolum, & motor eſt in actu.
Ait enim elemẽta eſſe compoſita ex materia pri
ma, & ex formis ſimplicibus; & motor eſt for-
ma, & res mota eſt materia. Et ex hoc conclu-
dit, talia corpora non diuidi in rem motam, &
motorem in actu. Cum ergo nihil moueat̃ ex
ſe niſi ſit diuiſibile in motorẽ & rem motã actu,
elementa non mouebunt̃ ex ſe: quia licet poſſi
mus ibi ſaluare motorem eſſe aliquid in actu, qa
D forma dicit aliquid in actu, tamen ſaluare non
poſſumus, ꝙ res mota dicat aliquid in actu, cũ
materia dicat quid in potẽtia ſolum. Immo ex
hoc concludit Cõmentator, ꝙ tota cauſa, qua-
re requiritur tempus in motu elementorum, eſt
reſiſtentia medii. Nam cum illud, qđ eſt in potẽ
tia ſolum, nõ poſſit reſiſtere, materia, quæ ſe ha
bet vt res mota in elementis, non habet ꝑ quid
reſiſtat formæ, quę ſe habet vt motor (vt loqua
mur modo quo Cõmen. loquit̃) proprie enim
loquendo nec forma elementorum eſt motor,
nec materia eſt res mota: ſed forma eſt ratio
per quam mouet, & materia eſt ratio per quam
mouetur: mouet enim elementum per actuali-
tatem & formam ſuam, mouetur autem per ſuã

potentialitatem & materiam. Si igitur nõ eſt ibi
reſiſtentia, vt ex parte rei motæ requiratur tem-
pus in motu, oportet dare reſiſtentiam ex parte
medii. Immo ſi eſſet dare vacuum elementa mo
uerentur in inſtanti, vt probatur in .4. phy-
T.c.70. corum, nulla enim eſſet ibi reſiſtentia; ideo non
proprie eſſet ibi motus, ſed mutatio ſolum. Cor
pora enim cęleſtia, licet non ſit ibi reſiſtentia ex
parte medii, mouentur tamen in tẽpore, qa mo
uentur ex ſe, & res mota dicit ibi aliquid eſſe in
actu: componuntur enim corpora cęleſtia ex
De ſubſt. orbis. corpore & forma, vt dicit Commentator; & cor
pus quod eſt ibi vt res mota, eſt actu aliquid di-
ſtinctum a ſuo motore. Sic etiam ſi eſſet motus
in vacuo, licet mouerentur elementa in inſtan-
ti, animalia tamen mouerenẽ ibi in tempore, vt
Com. 70. innuit Cõmẽtator ſupra .4. phyſicorum. In mo
tu enim animalium non ſumitur tota reſiſtẽtia
ex parte medii, cum animalia moueantur ex ſe,
& ſint diuiſibilia in talia duo, quorũ vnum eſt
per ſe mouens, & aliud per ſe motũ: componũ
tur enim animalia ex corpore & anima, ſiue ex
corpore & forma: corpus autẽ, quod eſt ibi per
ſe motum, videtur dicere aliquid in actu. Pote-
rit ergo ibi ſaluari reſiſtentia inter motorem, &
rem motã, ſublata reſiſtentia medii. Sed in ele-
mentis hoc fieri non poteſt, quia res, ibi mota
eſt materia, quæ dicit ibi quid in potentia ſolũ:
propter qđ ex parte rei motæ non põt ſumi re
ſiſtentia. Si ergo tolleretur reſiſtentia medii, nul
la reſiſtentia eſſet ibi. Sed ſi elementa poſſent di
ci compoſita ex corpore & forma, ſicut dicunẽ
corpora ſupercęleſtia eſſe compoſita, & etiam
animalia, & omnia, quæ mouentur ex ſe: tũc ele
menta mouerenẽ ex ſe, & eſſet dare in motu ele
mentorum reſiſtentiã ex parte rei motæ, præ-
ter reſiſtentiam medii: quæ omnia ſunt contra
veritatẽ traditam in philoſophia naturali. No-
tandũ ergo, ꝙ ad ſoluendũ difficultates tactas
non iuuamur (vt videtur) ex Poſitione plurĩũ
Contra tenen formarũ in cõpoſito. Nam plures formas in cõ
tes plures for poſito ponere non poſſumus, niſi propter or-
mas in compo dinem, quẽ formę habent adinuicem; nullus. n.
ſito. ponit plures formas in cõpoſito, niſi illæ for-
mæ habeant ordinẽ adinuicem. Stultum enim
eſſet ponere plures formas in aliquo, & tñ illæ
formæ non eſſent adinuicem ordinatę. Inter
formas autẽ aſpicimus duplicem ordinẽ, quo-
rum vnus eſt ordo prædicamenti, & talis ordo
eſt inter genus & ſpeciem: hunc autẽ ordinem
ſequẽs Auicebron in libro ſuo Fontis vitæ, po
ſuit ordinem formarum ſecundũ ordinẽ prędi
camenti: voluit enim formam generis & ſpeciei
eſſe aliam & aliam. Secundo modo eſt ordo in
formis, quia corporalia ordinantur ad ſpiritua
lia, ſenſibilia ad intelligibilia, naturalia ad ſuper
naturalia, & vniuerſaliter ea, quę educuntur de
potentia materiæ, videntur eſſe materialia, & ha
bere quendã potentialem ordinẽ ad ſpirituales
ſubſtantias. Et ſi iſtum modũ ſequeremur, dice-

A remus in homine eſſe plures formas, & non in
aliis. Eſſet enim in homine vna forma naturalis
educta de potentia materiæ, & alia ſupernatu-
ralis immediate creata a Deo, & infuſa corpori:
& tunc naturalis forma educta de potentia ma-
teriæ erit materialis, & habebit potentialem or-
dinem ad formã ſupernaturalẽ, & infuſam. Sed
ſiue ſic ſiue ſic dicamus, non videẽ difficultas ſol
ui, quia ſi nos ponamus pluralitatem formarũ
propter ordinẽ prædicamenti, volentes genus
& ſpeciem non poſſe dicere eandẽ formã, tunc
in elementis erunt plures formę, cum in eis re-
ſeruetur forma generis & ſpeciei: eſt enim ignis
ignis & corpus, & quodlibet elementũ eſt aliqđ
in genere & in ſpecie. Poſſumus ergo ſaluare p
B pter pluralitatem formarũ elementa eſſe cõpo-
ſita ex corpore & forma, & res ibi mota eſt cor
pus, & non materia ſolum. Mouerenẽ igitur ele
menta ex ſe, & non vitaremus difficultatẽ tactã,
ſed magis poneremus ipſam. Rurſum ſi in ſolo
homine poneremus plures formas, quia in ſo-
lo homine eſt forma ſupernaturalis infuſa: tũc
idem eſſet iudicium de animalibus brutis, & de
elementis. Mouerentur ergo elementa ex ſe ſi-
cut animalia bruta, vel animalia bruta non mo
uerenẽ ex ſe, ſicut nec elementa; quorũ neutrũ
eſt conueniens dicere. Non autẽ dicere poſſu-
mus, ꝙ in elementis, & in mixtis inanimatis, vt
in lapide, eſt ſolum vna forma, ideo nõ poſſunt
C moueri ex ſe; quia nõ ſunt diuiſibilia in corpus
& formã, ſed in materiam & formã: in animali-
bus vero omnibus ſunt plures formæ, ideo mo
uentur ex ſe; quia cõponuntur ex corpore &
anima, ſiue ex corpore & forma; & ibi corpus
non dicit materiã ſolum, ſed materiam cũ for-
ma. Secundum hanc. n. poſitionẽ, lapis per ean
dem formã eſt lapis & corpus, & quodlibet mix
tum inanimatũ per eandem formã eſt in genere
& in ſpecie: Leo autem non per eandem formã
eſt Leo & corpus, & quodlibet animal non per
eandem formam eſt animal & corpus. Sed hæc
poſitio non videtur poſſe ſtare. Cum enim ex
inanimato ſit animatum, vtputa ex lapide ver-
mis, ſi lapis per eandẽ formam eſt lapis & cor-
D pus, quia cedit forma lapidis, poſtquam intro-
ducitur forma vermis, cedet corporeitas, quæ
erat in lapide. Non eſt enim intelligibile, ꝙ ali-
qua duo dicant eandẽ rem, & vnũ realiter cor-
rũpatur, alio manente incorrupto. Si ergo cor
poreitas, & lapideitas in lapide dicunt eandem
formam, poſtq̃ cedit lapideitas, adueniente ani-
ma vermis, cedit & corporeitas. Et quia, cum ge
neratur vermis ex lapide, ſolũ introducitur de
nouo in materia vna forma, ſ. anima vermis: ſi
igitur corporeitas, quæ prius erat in materia la-
pidis, ibi non remanet, quia non remanet lapi-
deitas, generato ex lapide verme, vel aliquo alio
viuo per ſolam introductionẽ animæ in mate-
riam, vel vermis genitus ex lapide non erit cor-
pus, vel illa eadem forma, quæ dat vermi ꝙ ſit
vermis,

A vermis,dabit ei ꝙ ſit corpus: & eandem formã dicent anima vermis, & corporeitatis. Videtur ergo omnino eſſe dicendũ, ꝙ ſicut forma per quã lapis erat lapis,aliter & aliter accepta,dabat lapidi ꝙ eſſet lapis,& ꝙ eſſet corpus; ſic forma vermis,poſtea introducta,dabit vermi ꝙ ſit vermis,& ꝙ ſit corpus. Corporeitas enim in genere ſubſtantiæ non eſt ipſæ dimenſiones, ſed eſt forma dans eſſe materiæ aptæ natæ ſuſcipere dimenſiones. Anima ergo vermis corporeitas dici poterit. Nam forma vermis ſicut dicit̃ anima, ex eo qđ dat vermi ꝙ viuat;& ꝙ ſentiat; ſic põt dici corporeitas,ex eo ꝙ eſt actus materię dimẽſionatæ. Quicquid autẽ ſit de homine,in aliis plures formas ponere non eſt rationabile, niſi
B poneremus pluralitatem formarum tam in elementis,q̃ in mixtis,& tam in mixtis inanimatis, q̃ animatis. Non ergo ex pluralitate formarum poſſumus ſaluare difficultates tactas, videlicet, quare elementa & mixta inanimata componũtur ex materia & forma,& non proprie ex corpore & forma,& non mouentur ex ſe,& in motu eorũ non eſt aſſignare reſiſtentiã, præter reſiſtentiã medii: animalia vero dicũtur cõponi ex corpore & forma,ſiue ex corpore & anima, & mouentur ex ſe,& eſt ibi reſiſtẽtia rei motæ,pręter reſiſtentiam medii. Notandũ ergo, ꝙ anima poteſt cõparari ad materiam, cuius eſt actus & perfectio dupliciter. Vno modo vt eſt forma
C eius,alio modo vt eſt motor ipſius. Vtroq; aũt modo materia exiſtens in animali, vt comparat̃ ad animã meretur nomen corporis: materia vero elementorũ & vniuerſaliter mixtorũ inanimatorum, vt cõparatur ad formam ſuã neutro modo meretur nomen corporis. Dicebatur.n. ſuperius,ꝙ materia ſ̃m ſe conſiderata non meretur nomen corporis; tamen vt induit quendam modũ quantitatiuũ, põt dici corpus. Oſtẽdebatur.n. quis erat ille modus quantitatiuus, ꝓpter quem materia poterit appellari corpus. Dicebatur etiã,ꝙ talis modus erat organizatio; materia enim organizata poteſt dici corpus. Vnde ſi in nullo cõpoſito eſſet formarum pluralitas,anima ex hoc ipſo diceretur actus organizati corporis, quia eſſet perfectio materiæ organizatæ. Organizatio aũt dupliciter ſumi po
D terat, vel propter partes materiæ,vel ꝓpter partes quantitatis. Materia autẽ organizata ꝓpter partes materiæ poteſt dici corpus,cũ ipſæ partes materiæ nullã eſſentiam dicant præter eſſentiam materiæ. Ideo materia ſic accepta nullam eſſentiam ſignificat præter eſſentiã materiæ. Et ſi quæratur,cũ anima dicatur actus materiæ organizatę, vtrum illa organizatio debet ſumi ſecundũ partes materiæ, vel ſecundũ partes quãtitatis. Planũ eſt,eam eſſe ſumendã ſecundũ partes materię,quia anima materiæ immediatius adhęret q̃ quantitas,cũ talem materiam informet, qualẽ inuenit,inuenit materiã organizatã, ideo talẽ materiam perficit. Organizatio ergo illa,

A quæ ponitur in diffinitione animæ cũ dicitur, Anima eſt actus corporis organici,non dicit accidens,neq; nominat partes quantitatis,quia accidens non ingreditur diffinitionẽ ſubſtantiæ, ſed nominat partes materiæ. Cũ ergo ſpecialiter anima dicatur actus organici, & ſpecialiter anima requirat tanquã propriũ ſuſceptiuũ organizatam materiã,ſpecialiter materia, vt eſt in animalibus,& vt cõparatur ad animã,meret̃ nomen corporis: non autẽ meretur proprie tale nomen,vt eſt in elementis,& in mixtis inanimatis,& vt cõparatur ad formas alias. Dicamus ergo,ꝙ materia, vt eſt in elementis,& in rebus inanimatis, non differt per eſſentiam a materia,vt

2. de Anima t.c.6.

B eſt in animalibus. Materia tamẽ in animalibus exiſtens, habet quendam modũ quantitatiuũ vt organizationẽ,quam non habet, vt eſt in aliis mixtis; & ratione huius animalia dicuntur compoſita ex corpore & forma, ſiue ex corpore & anima,quia materia organizata poteſt dici corpus: mixta inanimata dicuntur cõpoſita ex materia & forma,quia forma eorũ non proprie requirit organizatã materiã,ideo non proprie dicũtur compoſita ex corpore & forma. Et ſicut declarauimus materiam in animalibus proprie habere rationẽ corporis vt comparatur ad animam tanquã ad formã,& oſtendimus hoc non contingere in rebus inanimatis: ſic oſtendere
C poſſumus materiam in animali vt cõparatur ad animã tanquã ad motorem habere rõnem corporis, vt tamen eſt in elemẽtis,& in his,quę nõ mouentur ex ſe,non [illegible]ſt dici corpus. Ad cuius euidentiã notandum, ꝙ inanimata non mouent̃ niſi ad vnã differentiam poſitionis tantũ,& per vnam naturã tantum,vt grauia per naturã grauis mouentur tantũ deorſum,& leuia ꝑ naturam leuis mouent̃ tantũ ſurſum. Cum ergo forma grauis per grauitatẽ eſt ratio, quare graue moueatur deorſum,nihil remanet in graui propter quod reſiſtat illi motui: ideo res mota in grauibus dicitur eſſe materia tantũ,& aliquid quod eſt in potẽtia ſolũ, quia amota forma grauis,quæ videt̃ ſe habere vt motor,materia quãtum eſt de ſe eſt in plena obedientia ad motum illum,quia nihil eſt in ea,propter qđ poſſit reſi-
D ſtere tali motui. Vnde ſi ſubtraheretur reſiſtẽtia medii,& grauia mouerentur in vacuo, vt dicebatur,motus ille eſſet in inſtanti. Sed in animalibus non ſic: Animalia.n.mouentur ad oẽm differentiã poſitionis, & non mouentur vno modo tantũ: mouentur.n.tam per grauitatẽ, q̃ per appetitũ. Et cum anima mouet ſ̃m appetitũ, nõ eſt materia in plena obedientia ad motũ illũ,immo per grauitatem reſiſtit illi motui. ideo materia exiſtens in animali vt cõparatur ad animam tanquã ad motorem quia habet aliquid per qđ reſiſtat,induit rationẽ exiſtẽtis in actu: ideo meretur nomen corporis, loquendo ẽt de animatis, vbi poſſumus ponere vnã formam tantũ, vt ſi in Ceruo nõ eſſet niſi anima ſolũ, Ceruo cõ

peteret duplex motus, vnus deorſum per grauitatem. (A.) Et prout ſm talem motũ cõparatur materia Cerui ad formã ſuam, nullo modo meretur nomen corporis, quia non haberet rationẽ exiſtentis in actu, cũ non haberet per quid reſiſteret tali motui: Sed prout Ceruus mouetur per appetitum, qui motus eſt animæ ſm ꝙ anima, ſic materia exiſtens in eo, vt comparatur ad animam, poteſt appellari corpus: habet.n. per quid reſiſtat dicto motui; quia per grauitatem ideo poteſt appellari corpus, quia induit rationem exiſtentis in actu. Patet ergo ꝙ materia in animalibus, vt cõparatur ad animã, meretur nomen corporis: ſiue cõparetur ad eam vt ad formam, ſiue vt ad motorẽ. Sed non propter eandẽ cauſam ſic & ſic meretur nomen corporis: (B) quia vt cõparatur ad animã materia exiſtens in animali, & vt ad formã, meretur nomẽ corporis propter organizationẽ: vt vero cõparat̃ ad eam vt ad motorẽ, poteſt dici corpus ꝑpter reſiſtentiã. In elementis vero, & in rebus inanimatis, quia formæ eorum non proprie requirunt organizatam materiã, nec materia eorũ habet per quid reſiſtat formæ mouentis, ſiue vt eſt ratio mouendi, nullo modo materia in talibus reſpectu ſuę formæ meretur nomen corporis, & talia nõ poſſunt dici moueri ex ſe. Non.n. ſunt cõpoſita ex corpore & forma, ſed ex materia & forma. Non.n. ſunt diuiſibilia in talia duo, quorũ vnum ſit per ſe mouens, & aliud per ſe motum. (C) Nã ſi forma in elementis poteſt dici per ſe mouens, quia dicit aliquid in actu. materia tamẽ non poteſt dici per ſe mota, quia nominat quid in potentia ſolũ. Bene ergo dicit Cõmen. in. 4. cęli & mundi, ꝙ grauia & leuia mouent per ſe, ſed mouentur per accidens. Patet igitur verum eſſe, quod in Theoremate proponebatur, ꝙ materia in animalibus, vt cõparatur ad animã, meretur nomen corporis: ſed vt eſt in elementis, & vt cõparatur ad formas alias corporales, corpus appellari non poteſt. Quod vero correlatiue addebat̃, ꝙ materia organizata in chriſto congrue poteſt dici corpus, viſis prædictis, dubitationẽ non haber. — Com. 25.

Propoſitio. XXXII.

SI nõ excedit rationem poſſibilis, quod panis materia conuertatur in materiam corporis Chriſti, & forma in formã, conuerſio totius ſubſtantię panis in ſolam materiam, non eſt impoſſibilis reputanda. (D)

Declaratio.

Si poneremus in quolibet cõpoſito vnam formam ſubſtantialẽ tantũ, & diceremus, ꝙ in chriſto non fuit forma ſubſtantialis, niſi anima ſolum; cũ conuertitur ſubſtantia panis in corpus chriſti, oporteret nos dicere in ſolam materiam panis ſubſtantiã eſſe conuerſam. Corporalia.n. in ſpiritualia conuerti non poſſunt. Omnes.n. concedunt, ꝙ ſic totus chriſtus eſt in tota hoſtia, quod tamen in animã chriſti nihil eſt conuerſum; anima.n. eius eſt ſub ſacramento altaris ſolum ex naturali concomitantia, non ex vi ſacramenti, quia nec materia panis, nec eius forma, nec aliquid in pane exiſtens conuerſum eſt in animã: & ſi non eſt ibi anima ex vi ſacramenti, multo magis non eſt ibi diuinitas, vt appellemus eſſe ex vi ſacramenti id, in quod aliqd eſt cõuerſum. Si.n. nihil panis poteſt conuerti in animã, multo minus poterit conuerti in diuinitatẽ. Rurſum nullũ accidens chriſti eſt ibi ex vi ſacramenti, quia nihil eſt conuerſum in aliquod accidens eius; ſpeciali.n. nomine (vt infra dicetur) iſta conuerſio appellatur Trãſubſtãtiatio, quia ſubſtantia panis conuertitur in ſubſtantiã corporis: nullum tamen accidens panis conuertitur in aliquod accidẽs, in chriſto exiſtens. Sed ſi in corpore chriſti non eſt forma ſubſtantialis niſi anima, quicquid erit in chriſto, vel erit materia, vel diuinitas, vel anima, vel accidens. Si ergo nihil conuerſum eſt in diuinitatẽ, nec in animã, nec in accidentia, oportet ſubſtantiã panis conuerſam eſſe in ſolã materiam. Sed ponendo plures formas in cõpoſito, & dicẽdo, ꝙ corpus chriſti per aliam formã eſt corpus & animatũ, poteſt eſſe duplex modus dicendi de conuerſione ſubſtantiæ panis in corpus chriſti: Primo, ꝙ talis cõuerſio fiat in materiã organizatam, quæ poteſt dici corpus; & quia materia organizata (loquendo de organizatione ſecundũ partes materiæ) non dicit niſi ſolã materiam, ſm iſtũ modum loquendi, tota ſubſtãtia panis conuertetur in ſolam materiam. Secũdo modo poteſt intelligi talis conuerſio, ꝙ corpus nõ dicat materiam ſolũ, ſed dicat materiam cũ forma corporeitatis: & panis conuerti dicatur in corpus chriſti, quia materia panis conuertitur in materiam corporis chriſti, & forma in formã. Quod aũt iſtorũ verũ ſit, non eſt præſentis Theorematis diffinire. Sed in dicto Theoremate dicitur, ꝙ ſi eſt poſſibile quod materia panis conuertatur in materiã corporis chriſti, & forma in formã, conuerſio totius ſubſtantiæ panis in ſolã materiam non eſt reputanda impoſſibilis. Triplici.n. via oſtendere poſſumus, ꝙ ſi poteſt materia alicuius conuerti in materiã & formam, poteſt totũ cõpoſitum conuerti in ſolã materiam, loquẽdo de formis de potentia materiæ eductis, quia de talibus loqui ſpectat ad præſens. Prima via ſumitur, ex eo ꝙ materia formæ non contrariat̃. Secunda via habetur, quia oẽs formę de potentia materię eductę quodãmodo virtualiter clauduntur in ipſa materia, aliter non dicerent̃ educi, & extrahi de potentia eiuſdẽ. Tertia via habetur, quia formæ materiali, de qua loquimur, cõpetit potentialitas & paſſibilitas propter materiã, ſicut econuerſo materiæ cõpetit actualitas

ꝑpter

ꝑpter formam. Prima via ſic patet, quia vt dicit Cōm. ſ 1. Cōmen. in primo phyſicorū, Nunquā vnū cōtrariorū fit eſſentialiter reliquū, albedo enim nō fit nigredo. Sic ergo verificatur ex albo fieri nigrum, quia materia, quæ erat ſub forma albi, fit poſtea ſub forma nigri. Et inde eſt, ꝙ philoſo- T.c. ſ 1. phus in primo phyſicorū ꝓbat, ꝙ eſt dare materiam ſubiectam vtriꝗ contrariorū. Forma ergo formæ contrariatur inquantū forma vna, exiſtens in materia, non cōpatitur ſecū aliam.

Sed materia nulli formæ contrariatur, quia ſub qualibet forma eſſe poteſt. Ideo Cōmen. in pri- Cōm. ſ 2. mo phyſico. ſ ſuper illo verbo (Cū non dicamus ſubſtantiā eſſe contrariā, quomodo igitur ex non ſubſtantiis fiet ſubſtantia) vult, ꝙ ſubſtātia ſubſtantiæ contrariatur, verū eſt quantū ad formā, ſed non eſt verum quantū ad materiam, & ſubiectū. Si ergo virtute diuina fieri poteſt, vt forma conuertatur in formā, ad quā contrarietatem habet, nō eſt reputandū impoſſibile deo, totā ſubām cōpoſiti cōuertere in ſolā materiā, ad quā contrarietatē non hēt. Immo ſi nobis innoteſcit eſſe poſſibile deo, vnam formam eductā de potentia materiæ poſſe conuerti in aliā, vt in proſequēdo patebit, potiſſime hoc innoteſcit nobis, ex eo ꝙ formæ illæ ex parte materiæ, in qua vniunē, quia de eius potentia educi pñt, contrarietatē non habent. Si ergo cōcedimus ꝙ poſſit forma in formā cōuerti propter ipſam materiā, in qua vniuntur, multo minus eſt reputandū impoſſibile deo, ꝙ poſſit formā in ipſam materiam conuertere: propter qđ totam ſubſtātiam rei cōpoſitæ in ſolam materiam poteſt cōuertere. Secunda via ſic patet. Nam (vt tactum eſt) forma educta de potentia materiæ virtualiter Cōm. 18 †omne clauditur in ipſa materia, quia (vt Cōmen. ait in. 12. metaphyſicæ) †eſſe. quod extrahiē de aliquo, eſt aliquo modo in eo, de quo extrahiē. Formæ ergo aliquo modo ſunt in materia, antequā de materia educantur, cū poſſint extrahi, & educi de materia. Poſſumus ergo aliquo modo dicere, ꝙ materia ſit potentia & virtute totū. In potētia enim paſſiua materiæ eſt forma educibilis de ipſa, quæ cōpoſita materia, facit totū. Igitur vno modo materia & forma ſunt plus q̄ materia ſolū, alio modo materia & forma quodāmodo non ſunt plus q̄ materia ſolū. Nam actiuē loquendo materia & forma ſunt plus q̄ materia ſolum, quia ſi materia eſt ratio agendi, hoc habet a forma, principaliter. n. ratio agendi eſt forma; ſi tamen aliquo modo cōmunicaē materiæ hoc cōpetit ei, prout habet eſſe ſub forma. Sed loquendo de potentia paſſiua, materia & forma non plus eſt quodāmodo q̄ ipſa materia, cū de potentia paſſiua materiæ educaē. Sed cū ſubſtantia panis conuertitur in corpus chriſti; ibi panis ſubſtantia non habet rationē actiui, ſed paſſiui, fit. n. hoc virtute diuina, reſpectu cuius cuncta creata habēt rationē materialis & paſſiui: eſt. n. in poteſtate creatoris habere ple-

A nam actionē, & plenum dominiū ſuper creaturam ſuam, vt faciat de ea, vt ſibi placet. Si ergo ſecundū potentiam paſſiuam quodāmodo materia & forma non ſunt plus q̄ materia ſolū, quia (vt tactum eſt) panis in dicta conuerſione habet rationē paſſiui, vt ſpectat ad propoſitū, quodāmodo tantum eſt materia panis, quantum materia & forma ſimul. In quodcūꝗ igitur virtute diuina poteſt conuerti materia panis, conuerti poterit materia & forma ſimul. Sicut ergo in cōuertere eſt ex parte formæ, ſic in cōuerti eſt ex parte materiæ. Propter quod ſicut in conuertere, & in agere nō eſt plus materia & forma, q̄ forma ſolum, quia ſm potentiam actiuam materia clauditē in forma, & vbi vnum ꝑp alterum, vtrobiꝗ tantum vnum (unde, quia tota ratio agēdi

B cōpetit materię ꝑpter formam, in agere & in cōuertere non plus erit materia & forma, q̄ forma ſolum) ſic in pati & in conuerti, quia principaliter ratio paſſionis ſumitur ex materia, & forma clauditur in potentia paſſiua materiæ, nō plus eſt materia & forma, q̄ materia ſolum. Si ergo poteſt conuerti materia panis in materiam corporis chriſti, & forma in formam, poterit ſimul forma† & materia panis conuerti in ſolā mate- †vel riam. Et quia formæ (ſm ꝙ ſpectat ad propoſitum) non ſe ſic virtualiter continent, vt forma continetur in materia, difficilius eſt aſſignare rationem & modū, per quem forma panis cōuerti poteſt in formam corporis chriſti, & materia

C in materiam, q̄ oſtendere, ꝙ tota ſubſtantia panis conuerti poſſit in ſolam materiam. Tertia via ſic patet. Quia forma per ſe non eſt in potentia paſſiua niſi ratione materiæ, ſicut difficile eſſet ſuſtinere materiam per ſe agere, vel eſſe aliud, quod agit materia ab eo, quod agit forma (materiam tamen coniunctam formæ agere & conuertere aliquid, non eſt inconueniēs, ſi non aliud agat, nec aliud conuertat materia, q̄ forma) ſic difficile eſſet ſuſtinere formam per ſe ſumptam pati & conuerti in aliquid (formam tamen vnitam materiæ conuerti in aliquid, nō eſt inconueniens, ſi conuerſio formæ non ſit alia a conuerſione materiæ, & forma non conuertatur in aliud q̄ materia.) Si ergo materia ali-

D cuius compoſiti in materiam conuertitur, facile erit ſuſtinere, quod etiam forma in eandem materiam conuertatur; totum ergo compoſitum in ſolam materiam poteſt conuerti. Et ſi nō eſt impoſſibile, quod in aliud cōuertaē materia, & in aliud forma, vt quod materia cōuertaē in materiam, & forma in formam; omnino tñ facilius eſt ſuſtinere, quod materia & forma panis virtute diuina cōuerti poſſit in ſolam materiam corporis chriſti, q̄ quod materia cōuertatur in materiam, & forma in formā. Si ergo hoc eſt poſſibile, illud non eſt reputandū impoſſibile, vt in Theoremate dicebatur. De modo autem poſſibilitatis in ſequenti Theoremate aliqua declarabimus, prout ſpectat ad præſens opus.

Propoſitio. XXXIII.

Partes, quas habet materia, naturaliter actu eſſe non poſſunt ſine partibus quantitatis: intellectus tamen propter eſſentialem differentiam ſeparat has ab illis. Poterit ergo aliquid conuerti in partes materię exiſtẽtis in chriſto abſq; eo ꝙ in quantitate ipſius aliquid conuertatur.

Declaratio.

Si alicui rei cõpetit modus alterius per aliud, ſicut cõpetit ei per illud, ſic, illo deficiente, ei non remanet dictus modus: quod videre poſſumus tam in his, quę naturaliter habent eſſe, q̃ etiam in his, quæ miraculoſe fiunt. Videmus .n. vniuerſalia naturaliter eſſe in particularibus. Et qa vniuerſalia per ſe nõ exiſtunt, ſed in alio habẽt eſſe, omnibus vniuerſalibus cõpetit quidam modus qualis: & ideo ſuperius dicebatur, vniuerſalia, quæ ſunt ſecundę ſubſtantię, non ſignificare hoc aliquid, ſed quale quid: quia ſignificant quid per modũ qualis. Si ergo modus qualis cõpetit vniuerſalibus, ex eo ꝙ ſunt in alio, ſi poneremus vniuerſalia per ſe eſſe, & diceremus quiditates rerũ abſtractas per ſe exiſtentes, vt Plato poſuit, quas dixit eſſe Ideas particulariũ, cogeremur dicere vniuerſalia eſſe ſubſtantias, non ſolũ quantum ad rẽ, ſed etiam quantũ ad modũ, quia cõpeteret eis per ſe exiſtere: ideo philoſophus. 7. metaphyſicæ diſputans contra Platonem, ait Vniuerſalia non eſſe ſubſtãtias, qa nullum cõmune eſt ſubſtantia: & reprehendit Platonẽ ponentẽ vniuerſalia eſſe ſubſtantias. Et ſicut ſe habet in his, quæ naturaliter ſunt, ſic videmus in his, quę miraculoſe fiunt; ſicut .n. vniuerſalibus naturaliter cõpetit modus qualis ꝑ particularia, vt quia ſunt in particularibus, & ſi amouerentur a particularibus, non competeret eis dictus modus: ſic quia per diuinæ virtutis influentiã poteſt miraculoſe accidenti competere modus ſubſtantiæ (quia diuino miraculo poſſunt accidentia per ſe eſſe, vt infra declarabitur) ſi diuina influentia ceſſaret, tolleretur ab accidẽtibus modus ſubſtantiæ: non .n. poſſent vlterius per ſe eſſe. Semper ergo cũ competit alicui rei modus aliquis per aliud, illo alio amoto, nõ poterit ei cõpetere ille modus; ſi ergo materiæ cõpetit naturaliter habere partes, &; habere modum quantitatiuũ mediante quantitate, amota quantitate, naturaliter non cõpetit materiæ habere partes, ſm quas dicebatur materia habere quendam modũ quantitatiuũ. Naturaliter ergo partes materiæ nõ poſſunt actu exiſtere ſine partibus quantitatis, intellectus tamen ꝓpter eſſentialẽ differentiam ſeparat has ab illis. Sicut enim per ſenſum viſus poſſumus iudicare lucẽ

Prop. 27.

T. c. 45.

A eſſe aliam a colore, quia videmus colores aliqñ magis illuminatos, aliquando minus: ſic quia eſſentia materiæ eſt alia ab eſſentia quantitatis (quia videmus eandẽ materiam per eſſentiã aliquando eſſe ſub maiori quantitate, aliquando ſub minori) iudicare poſſumus per intellectum partes materię eſſentialiter differre a partibus quãtitatis, ſicut eſſentia materiæ eſt alia ab eſſentia quantitatis. Vtrũ autem poſſimus intelligere partes materiæ, non intellectis partibus quantitatis, vel omnino ſic eſt de cognitione intelligibili quantũ ad partes materiales reſpectu partiũ quantitatiuarũ, ſicut erat de viſu colorũ in comparatione ad lucẽ, vt ſicut viſu cognoſcere poſſumus colorẽ differre a luce, non tamen poſſu-

B mus videre colorẽ non viſa luce: ſic forte diceret quis, ꝙ intellectu percipere poſſumus partes materiæ eſſe alias a partibus quantitatis, non tamen poſſumus intelligere illas partes nõ intellectis partibus quantitatis: talia autẽ inueſtigare non ſpectat ad propoſitũ. Nam licet poſſimus intelligere aliquid eſſe differens ab alio, qđ intelligere non poſſumus, non intellecto alio, vt poſſumus cognoſcere, ꝙ accidens ſit aliud a ſubiecto, non tamen poſſumus intelligere accidens, non intellecto ſubiecto: Deus tamen plus poteſt facere, q̃ intellectus noſter intelligere, qa poteſt facere accidẽs eſſe ſine ſubiecto, licet hoc non poſſimus intelligere. Sic forte diceret ali-

C quis, quòd deus poſſet cõſeruare in eſſe partes materiæ abſq; partibus quãtitatis; licet forte nõ poſſimus intelligere partes materiæ, non intellectis partibus quantitatis. Et ſi poſſet deus facere has partes eſſe ſine illis, nulli dubiũ eſt, ꝙ poteſt facere, quòd aliquid conuertatur in partes materiæ, abſq; eo quòd aliquid ſit cõuerſum in partes quantitatis. Sed ſi hoc, quod dicitur, non poteſt deus: quia forte non habet rationẽ poſſibilis, quòd actu exiſtant partes materiæ abſq; partibus quantitatis, nõ tamẽ propter hoc tollitur veritas quæſita. Nam ſi albedo abſq; ſuperficie eſſe non poſſet, tamen quia eſſentia albedinis eſt alia ab eſſentia ſuperficiei, & deus poteſt vnã eſſentiam in aliam eſſentiam conuertere, qa

D (vt probatũ fuit ſupra) deus conuertere poteſt aliquid in aliquid actu præexiſtens: poſſet deus per ſe loquendo aliquid conuertere in eſſentiã albedinis, & tamen nihil eſſet conuerſum in eſſentiam ſuperficiei, eo quòd iſta eſſentia non ſit illa. Sic qa partes materiæ ſunt differentes eſſentialiter a partibus quãtitatis, poſſet deus aliquid conuertere in partes materiæ, vel in materiam habentẽ partes, & nihil eſſet conuerſum in partes quantitatis: ꝓpter quod declaratũ eſt, qđ in Theoremate proponebatur. Ad vlteriorem tamen veritatis intelligentiam notandũ, quod (vt ſuperius eſt oſtenſum) ſi poteſt deus conuertere materiam in materiam, poteſt totum cõpoſitũ ex materia & forma conuertere in ſolam materiam, loquendo de forma educta de potentia materię.

Prop. 1.

materiæ. Poterit ergo deus totam ſubſtantiam panis conuertere in ſolam materiam exiſtẽtem in chriſto, loquendo de materia illa, vt habet partes, & tamen nihil erit conuerſum in quantitatem chriſti. Vt ergo aliquid appareat de modo conuerſionis, aduertendum, ꝙ (vt ſuperius dicebatur) Deus poteſt conuertere aliquid in aliud præexiſtens actu, vt poteſt hunc aerem cõuertere in hunc ignem: quia poteſt illam eandẽ formam numero, quæ eſt in igne, educere de materia aeris. Et quia materiæ non differunt niſi per formas, ſi materia, quæ eſt in aere, informaretur illa eadẽ forma numero, qua informatur materia exiſtens in igne, materia aeris fieret materia ignis: ſicut quia albedines non differũt niſi per ſuperficies, qui eſſet illius potentiæ, ꝙ vnam ſuperficiem conuerteret in aliam, poſſet vnam albedinẽ in aliam conuertere. Sic ergo poterit Deus totam ſubſtantiam panis in ſolam materiam conuertere, quia poterit formam panis in potentiam materiæ reducere, & facere, ꝙ illa materia informetur illa eadẽ forma, quæ eſt exiſtens in chriſto: & tunc materia illa conuerſa erit in materiam, quæ eſt in chriſto. Et quia forma reducta in potentiam materiæ non dicit̃ annihilata, ſi deus conuerteret materiam illam, in quã redacta eſt forma panis, in materiam exiſtẽtem in chriſto, quodã modo totam ſubſtantiam panis in ſolam materiam conuertiſſet. Cum ergo, effectiuè loquendo, deus poſſit immediate facere quod mediate facit, ſi poteſt totam ſubſtãtiam panis conuertere in ſolam materiam, reducendo formam panis in potentiam materiæ, poterit abſq; tali reductione talem conuerſionẽ facere; immo quia ſm conuerti & paſſiuę (vt in præcedenti propoſitione dicebatur) non plus eſt forma & materia panis, q̃ materia ſolũ; ſi poteſt deus conuertere materiam panis in materiã corporis chriſti, poterit immediate totam ſubſtantiam panis conuertere in ſolam materiam exiſtentẽ in chriſto, abſq; eo quòd prius ſecundum intellectum inducatur forma panis in potentiam materiæ.

Prop. 1.

Propoſitio. XXXIIII.

CVm ſubſtantia panis in corpus Chriſti conuertitur, quia totum tranſubſtantiatur in totum, non eſt dicendum, quòd panis materia, vel ꝙ eius forma in nihilum redigatur.

Declaratio.

Voluerunt aliqui dicere, cum ex pane fit corpus chriſti, ꝙ panis annihilatur, vel ꝙ eius ſubſtantia redigatur in primam materiam: ſed hoc ſufficienter improbatur. Oſtendebatur.n. ſuperius, ꝙ aliquod corpus eſſe alicubi de nouo cõtingit dupliciter: Primo, per tranſmutationem propriam, vt quia per motũ localem acquiſiuit

A locũ illum, & eſt ibi localiter, & ſic corpus chriſti eſt in cęlo. Secundo modo hoc poteſt cõtingere, per tranſmutationẽ alterius, vt quia aliqd eſt conuerſum in ipſum, & ſic corpus chriſti eſt in hoſtia. Nõ ergo incipit chriſtus de nouo eſſe in altari per motũ localẽ; vt quia deſcendẽs de cęlo, ſuperna deſerens, incipiat eſſe in hoſtia: ſic enim totus eſt in hoſtia, ꝙ etiam totus remanet in cęlo. Si igitur ſubſtantia panis in nihilum redigeretur, vel eſſet redacta in materiam primã, & non conuerteret̃ in corpus chriſti, non poſſet eſſe corpus chriſti de nouo in altari, ſiue in hoſtia per tranſmutationẽ alterius, vt per conuerſionẽ panis in ipſum: ſolũ ergo ibi eſſet per tranſmutationẽ propriam: oporteret ergo ipſm de cęlo deſcendere, vt ibi exiſteret, & eſſet ibi lo-

B caliter. Et quia vnũ & idem corpus localiter in diuerſis locis eſſe non poteſt, cũ eſſet chriſtus in hoſtia, deſineret eſſe in cęlo; & cũ eſſet in vno altari, deſineret eſſe in alio: quæ omnia ſunt cõtra Fidẽ catholicã. Ideo tenet̃ cõmuniter & bene. ꝙ in hoc ſacramento nec annihilatur panis materia, nec forma: ſed tota ſubſtantia panis cõuertitur in totũ corpus chriſti; non eſt .n. annihilatũ, quia in aliud eſt conuerſum. Sed quomodo totũ conuertatur in totũ, & quod totum in quod totũ, declarare non eſt facile. Si.n. poneremus vnam ſolam formam in cõpoſito, & diceremus in chriſti corpore non eſſe ſubſtantialem formam niſi animam, ſm quã poſitionẽ (vt ſuperius tangebatur) oporteret nos dicere to-

C tam ſubſtantiam panis eſſe conuerſam in ſolam materiam: forte ſic dicendo de facili poſſemus ſoluere rationes cõtrarias. Poſſumus autẽ quantum ad præſens, octo rationes facere cõtra poſitionem iſtam. Prima talis eſt: quia principia oportet manere, vt dicitur in primo phyſicorum. Cum ergo forma & materia ſint principia oportet illa manere: eſt.n. contra rationẽ principiorum, quòd fiant ex alterutris, vel quòd fiãt ex aliis: ſed alia fiunt ex ipſis. Non.n. forma ex materia fit, nec materia ex forma. Vnde circa finem ſeptimi metaphyſicæ probatur, quód forma nec eſt elementũ, nec eſt ex elementis. Sed ſi tota ſubſtantia panis tam materia q̃ forma conuerteret̃ in ſolam materiam, exiſtentem in Chri-

D ſto (quod oporteret dicere ponentes vnam formam) forma panis cõuerteret̃ in materiam corporis chriſti, quod videt̃ omnino inconueniẽs, quia ſi forma non eſt ex materia; multomagis videtur, quòd nec materia poſſit eſſe ex forma. Secunda talis eſt, quia dato quòd materia & forma panis poſſint conuerti in ſolam materiam exiſtentem in chriſto, cum materia (vt videtur) non poſſit dici corpus, falſum eſſet, quod prędicat Fides catholica, cum ait, Quòd ex pane fit corpus chriſti, vel quòd panis conuertit̃ in corpus chriſti: ſed ſolum eſſet verum dicere, quòd panis cõuertitur in materiam chriſti, quod vſus loquendi non admittit, nec veritas videtur pati.

Rat. quibus ſe fulcire putãtur tenẽtes plures formas in compoſito.

Prima.

T.c.60.

Secunda.

Tertia. Tertia talis eſt:quia & ſi materia poteſt dici cor A
pus,hoc non contingit,niſi prout habet eſſe ex
tenſum: materia autē, quantū eſt de ſe, dicit qd
indiuiſibile,& eſt ſecundū ſe in prædicamento
ſubſtantiæ,non ergo poteſt ei cōpetere exten-
ſi.i.quæ dicit modū quantitatiuū. Quarta talis
Quarta. eſt:quia & ſi ſaluare poſſumus,quòd materię cō
petat modus quantitatiuus , hoc non eſſet niſi
per quantitatē.Nunq̄ ergo ſola materia pote-
rit dici corpus ; ſed materia cū quantitate cor-
pus appellari poterit. Si igitur in tale corpus
conuerteretur panis ſubſtantia, eſſet aliquid cō
uerſum in quantitatē chriſti,& quantitas chriſti
eſſet in ſacramento ex vi ſacramenti; quod fal-
Quinta. ſum eſt .Quinta talis eſt:quia ēt ſi ſaluare poſſe
mus,quòd materia poſſit dici corpus , & quòd B
poſſet ei cōpetere modus quantitatiuus , & ꝙ
ille modus non addat aliquid ſupra naturā ma
teriæ;tamen nullo modo videtur poſſe ſtare, ꝙ
ſola materia dicatur totū. Si igitur tota ſubſtan
tia panis conuerteretur in ſolam materiā , dici
non poſſet,quòd totū conuerteretur in totum.
Sexta. Sexta talis eſt:cū omnis cōpoſitio videatur req-
rere plura per eſſentiam (vt videtur) ſola mate-
ria nullo modo poteſt dici res cōpoſita:igitur ſi
ſubſtantia panis conuerteretur in ſola materia,
non eſſet tranſubſtantiatio rei cōpoſitæ in rem
Septima. cōpoſitam:quod eſt falſum . Septima talis eſt ; ſi
materia,vt habet eſſe quantitatiuū , poteſt dici
corpus,materia panis,qa non abſoluit a q̄titate, C
poterit dici corpus. Poſſemus ergo dicere, ꝙ
corpus & forma panis cōuertunt̄ in corpus xp̄i:
Octaua. quod vſus loquēdi non admittit, nec veritas vr̄
pati. Octaua talis eſt ; quia ſi materia , vt habet
modū quantitatiuū,dicitur corpus.& ideo ſub-
ſtantia panis dicitur conuerti in corpus chriſti,
quia conuertitur in materiam exiſtentē in chri-
ſto,vt habet modum quantitatiuū. quia modus
ſemper arguit rem ,& modus abſq; re eſſe non
poteſt;nō poſſet eſſe aliquid conuerſum in ma-
teriam (vt videtur) exiſtentē in chriſto , niſi ali-
quid conuertatur in quantitatē chriſti. Erit er-
go quantitas corporis chriſti in hoſtia ex vi ſa-
cramenti ,non ex naturali cōcomitantia ſolum:
quod eſt contra veritatē Catholicæ fidei . Hæ
autē obiectiones,ſi conſiderentur prædicta,pla
nè ſoluuntur .Nam per. 32 .propoſitionē ſolui D
tur prima obiectio,vbi oſtendebat̄,totum com
poſitū virtute diuina poſſe conuerti in ſolā ma
teriam. Et quod arguit̄ de principiis,quia princi
pia oportet manere, non eſt plus contra ponē
tes vnam formam , q̄ contra ponentes formas
plures:qa ſi principia oportet manere,nec fiunt
exinuicem,nec ex alterutris. Sicut materia nō fit
ex forma,nec forma ex materia,ꝙ materia ſit ali
quid de eſſentia formæ , vel ꝙ conuertat̄ in for-
mam: ſic materia non fit ex materia, nec forma
ex forma;quod oportet nos dicere, ſi ponamus
plures formas. Dicendū eſt ergo quòd materia
& forma,ſi ſunt principia,ſunt principia agenti

A naturali,quia tale agens præſupponit materiā;
& etiam aliquando præſupponit formā:quia ſi
eſſet dare materiā omnino primam & abſq; om
ni forma, vt probat Cōmen. 5 . phyſicorū, non Com. 8.
poſſet eſſe ſubiecta motui, & tranſmutationi.
Agens ergo naturale quia agit per motū,de ea
nihil poſſet producere . Sunt ergo talia princi-
pia ſuppoſita ab agēte naturali,non a Deo,qui
ipſam eſſentiam materiæ produxit in eſſe,& cu-
ius eſt agere nullo præſuppoſito. Secūda ratio
ſoluitur per. 26 . Theorema , vbi oſtenſum fuit,
ꝙ ſola materia, vt induit modum quantitatiuū,
poteſt dici corpus. Tertia ratio ſoluitur per. 27.
Theorema, vbi probatū fuit,rem vnius prædi-
camenti poſſe habere modum alterius prędica
B menti : ꝑpter quod materia poteſt habere mo-
dum quantitatiuū. Quarta ratio ſoluitur p. 28 .
Theorema,vbi oſtenſum eſt, modū illū quanti-
tatiuum nullā eſſentiam addere ſuper naturam
materiæ. Quinta ratio ſoluitur per. 29. Theo
rema,vbi oſtenſum eſt, ſolā materiam , vt habet
modū quantitatiuū, poſſe dici totum qddam.
Sexta ratio ſoluit̄ per. 30. Theorema , vbi oſten
ſum eſt, ſolam materiam , vt induit quēdam mo
dū quantitatiuum, poſſe dici rem compoſitam.
Septima ratio ſoluitur per. 31 . Theorema , vbi
oſtēſum eſt,quòd ſpeciali modo & propriè ma
teria exiſtens ſub forma animalis,poteſt dici cor
pus , & non materia alia. Octaua & vltima ratio
C ſoluitur per. 33. Theorema, vbi oſtenſum eſt,
quòd poteſt conuerti ſubſtantia panis in mate-
riam exiſtentē in chriſto. vt habet rōnē totius;
abſq; eo quòd aliquid conuertat̄ in quantitatē
eius. Dicamus ergo,quòd ponendo vnā formā
in cōpoſito, diceremus ſubſtantiā panis eſſe cō
uerſam in ſolam materiā: non tamen eſſet con
uerſa in materiā quocunq; modo ſumptā, ſed
in materiā,vt eſt in chriſto. Sicut ergo,ſi aliquid
conuerteret̄ in ſolam albedinē exiſtentē in pa-
riete (licet albedo , quantū eſt de ſe, ſit quid indi
uiſibile , tamen , vt habet eſſe in magnitudine,eſt
quid extenſum) quod conuerſum eſſet in talem
albedinē, non eſſet conuerſum in aliquid indi-
uiſibile, ſed in aliquid extenſum , & habens par
tes , ſic quod conuertitur in ſolā materiam exi-
ſtentē in chriſto,in tale aliquid cōuertitur, qua-
D lis eſt materia illa. Licet ergo materia illa quan-
tum eſt de ſe ſit quid indiuiſibile , & non poſſit
dici totū, nec poſſit vocari corpus: tamen quia
habet eſſe in chriſto, habet eſſe extenſum,& eſt
quid organizatū, & habens partes : quæ organi
zatio,& quæ partes (vt poteſt patere per habi-
ta) nullam eſſentiam addunt ſupra naturā ma-
teriæ, ſed ſolum dicunt quendā modum exiſtē
di,quē habet materia,vt eſt in cōpoſito. Et quia
ſola materia,vt eſt in chriſto, eſt quid organiza
tum,& habens partes, & poteſt dici corpus (vt
ſuperius eſt oſtenſum) ſi in talē materiam con-
uertatur panis ſubſtantia, erit conuerſio in ali-
quid totū,& in aliquid habens partes , & in ali-
quid,

Digitized by Google

quid, qđ pōt dici corpus. Materia. n. cuiuſlibet animalis poteſt dici corpus, & pars corporis poteſt dici corpus, ſm ꝙ corpus dicit alterā partem animalis, & de animali non prædicatur; & eſt etiam pars corporis, accipiēdo corpus, quod dicit totū, & de animali prædicatur. Immo materia, quia ſecundū ſe conſiderata, materia dicitur, ſed vt organizata, dicitur corpus: ſi ſolum vnā formam poneremus in chriſto (quia ſubſtantia panis non eſſet conuerſa in materiā per ſe ſumptam, ſed in materiā vt eſt organizata) melius & congruentius diceretur, ꝙ panis ſubſtantia conuerteretur in corpus chriſti, q̃ in materiam chriſti. Patet ergo, ꝙ ponendo vnam formam, obiectiones factas de leui ſoluimus: propter quod dicta poſitio videtur valde probabilis. ¶ Tamen quia nihil ꝓhibet quędam falſa eſſe probabiliora quibuſdam veris, quia de veritate dictæ poſitionis mihi non conſtat, dictæ poſitioni non aſſentio: audeo tamen dicere, ꝙ contrariam non intelligo. Nam ponere multas formas in cōpoſito, habet multas difficultates ſecūdum ſe, quas ſoluere neſcio: quia ſi non eandem formam dicit ſuperius & inferius, vt ſi aer non per eandē formam eſt aer, corpus, & ſubſtātia: & cum ex aere ſit ignis, remanet in aere forma, per quā erat corpus, & ſubſtantia, licet inde ſit amota forma, per quam erat aer, non ergo in tali generatione erit generata ſubſtantia, nec corrupta ſubſtantia. Sicut enim (quia per aliam formam homo eſt homo & albus) ſi remoueať forma albi, & fiat niger, non erit generatus homo, neq; corruptus: & ſi nunquam abſolueretť materia a forma humana, nunquam eſſet generatio, nec corruptio hominis: ſic cū nunquam abſoluatur materia a forma, per quam eſt corpus, & ſubſtantia, nunquam erit generatio, nec corruptio ſubſtantiæ: videtur ergo eſſe tenendū, ꝙ illa eadē forma, quæ dat rei eſſe ſpecificum, det ei totum ordinē prædicamēti. Ideo cū corrumpitur equus, corrūpitur corpus, & ſubſtantia: quia per illam & eandē formam, per quā equus eſt equus, eſt corpus, & ſubſtātia. Ruſum multa incōuenientia mihi inſolubilia hanc poſitionem ſequuntur: Nam tunc partes diffinitionis non eſſent vnum, quia dicerent materiam vnā: ſed ſolum eſſent vnū, quia eſſent in vno: & ſuperiora de inferioribus prædicarentur denominatiue, non eſſentialr: & multa alia, quę alibi (Deo dante) diffuſius proſequemur. Habet nihilominus iſta poſitio ſpecialem difficultatem, vt ſpectat ad propoſitū. Nam ſi ponimus multas formas in cōpoſito, & ſubſtantia panis conuertiť in corpus Chriſti (quia materia conuertitur in materiā, & forma in formā, ideo tota ſubā panis cōuertitur in corpus, qđ dicit aggregatū ex materia & forma) cōſtat ꝙ corpus ſic acceptū, vt ſuperius eſt oſtenſum, prędicať de cōpoſito. Sicut enim homo non eſt ſubſtantia, ſecundū ꝙ ſubſtantia dicit alteram partē cōpoſiti, quia nec eſt

A materia, nec forma: eſt tamen ſubſtantia, ſecundū quód ſubſtantia dicit aggregatum ex materia & forma: ſic homo non eſt corpus, ſecundū ꝙ corpus dicit alteram partē compoſiti; eſt tamen corpus, ſecundū ꝙ corpus dicit aggregatum ex materia & forma. Si ergo panis conuertitur in corpus chriſti, q̃a cōuertitur in aggregatū ex materia & forma: cū tale corpus ſit xp̃s eo ꝙ xp̃s eſt homo, & omnis homo eſt corpus (accipiendo corpus vt eſt genus, & vt dicitur cōpoſitum ex materia & forma) poſſemus dicere, quód panis eſt conuerſus in chriſtum, & quód eſt cōuerſus in hominē, quod falſum eſt. Non enim panis conuertitur in chriſtū, nec in hominē: ſed in corpus chriſti, & in corpus hominis. Et ſi diceretur, quód hæc prædicatio eſt

B vera per accidens. Homo eſt corpus, inquantū forma corpóreitatis, & forma humanitatis ſunt in eodem: propter quod per accidens eſt, panē conuerti in hominē, per ſe autē conuertitur in corpus, augetur quæſtionis difficultas. Incidimus. n. in magnum incōueniens, quia cogimur dicere, quód ſuperiora de inferioribus per accidens prædicentur, ſicut albū prędicatur de muſico. Et rurſum non effugimus argumentū: corpus enim illud, in quod conuertitur panis ſubſtantia, non prędicatur de homine, vt poſſimus ſaluare, quód per accidens panis conuertitur in hominem, ſicut ſaluamus per accidens ædificator cantat, ſi ædificator prædicetur de muſico. Iſtā ergo poſitionē de multitudine formarum

C non intelligo; nec tamen in his, quę ſunt fidei, minus aſſentio, cum ad talia requiratur captiuitas intellectus. Quid ergo dicamus? Scio, quód panis ſubſtantia conuertitur in verum corpus chriſti, & in illud idem numero, quod in cęlum aſcendit, & verum corpus chriſti ſumimus in altari. Hoc chriſtus tradidit, hoc etiā eccleſia tenet: ſi aliis hoc non ſufficit, mihi ſufficit. Cui ergo non ſufficit, ſaluus fundamentis fidei, cum reuerentia & timore inueſtiget, quale ſit illud corpus; ego autē malo in mea ſimplicitate perſiſtere, q̃ de arduis temere iudicare.

Propoſitio. XXXV.

D ACcidentia ſucceſſiua, quorum eſſe eſt in fieri, adeó a ſubſtantia dependent, ꝙ nec naturaliter, nec miraculo fieri poteſt, quód habeant per ſe eſſe. Si ergo frangatur hoſtia conſecrata, oportet fractionem illam fundari in aliquo ſuſceptiuo.

Declaratio.

Fuerunt aliqui non intelligentes, Quomodo fides ponit in hoc ſacramento accidentia per ſe eſſe, credentes, ꝙ de omnibus accidentibus eſſet par ratio; ideo dixerunt fractionē, quam exer-

cet ſacerdos in hoſtia conſecrata, non fundari
in aliquo ſubiecto, volẽtes, quòd ibi eſſet fractio
abſq; eo quòd aliquid frangeretur. Cũ ergo fra
ctio quendam motũ importet, ſi oſtendere poſ
ſumus motũ, & ea, quæ ſunt de genere ſucceſſi-
uorum, nullo modo abſq; ſubiecto poſſe per ſe
eſſe, manifeſtum erit fractionẽ illam fundari in
aliquo ſubiecto. Poſſumus autẽ hoc triplici via
venari, quarum prima ſe extendit vniuerſaliter
ad omnia ſucceſſiua. Secunda ſpecialiter ar-
guit de motu. Tertia autẽ ſpecialiter determina
tur ad fractionẽ illam, quã aſpicimus in partibus
hoſtiæ conſecratæ. Prima via ſic patet. Nam to
talitas ſucceſſiuorũ, & totalitas permanentium
non currunt pari paſſu. Totalitas.n. permanen
tium conſiſtit in ſimultate partium: tunc eſt.n.
tota domus, quando oẽs partes domus modo
debito ſimul ſunt: ideo ſi tales partes ſimul exi-
ſtãt, omni alio amoto, domus habebit eſſe. Sed
totalitas ſucceſſiuorũ non eſt in ſimultate par-
tium, ſed in ordine partium, nunq̃.n. partes ſuc
ceſſiui ſimul eſſe poſſunt: immo ſi ſimul eſſent,
ſucceſſiuum non eſſet: oportet.n. tales partes ha
bere ordinẽ prioris & poſterioris. Et iſte ordo
de neceſſitate requirit mobile & ſucceſſiuũ: nunq̃
enim eẽt prius & poſterius in motu, niſi aliquid
variaretur ſm prius & poſterius, nulla.n. pars
motus eſt in actu, ſed in fieri ſolum. Si ergo ſuc
ceſſiua dicuntur eſſe, hoc eſt, quia aliquid ſecun
dum ea ſuccedit: vt ſi motus eſt, hoc non cõtin
git, quia motus vel eius partes ſunt aliquid in a-
ctu, ſed quia aliquid mobile mouetur ſm mo-
tum. Ideo dicitur, q; a mobili accipit̃ vnitas, &
ordo, in partibus motus: motus.n. habet vnitatẽ
a magnitudine, vel a mobili, vt dicitur in quinto
T.c.35. phyſicorũ; & ſicut ſucceſſiue, & ordinatim mo-
bile acquirit aliquid per motum, & ſic ſucceſſiue
accipitur ordo partium motus. Sicut ergo, quia
permanentia habent partes ſimul, ſtare nõ poſ-
ſet, q; eſſet aliquid totum permanens, non ma-
nente ſimultate partium: ſic, quia totalitas ſucceſ
ſiuorum eſt in ordine partiũ, fieri non poteſt,
q; ſit aliquod ſucceſſiuum, & non ſit talis ordo.
Et quia iſte ordo, & iſta vnitas non poteſt eſſe
ſine eo quod ſuccedit, non poteſt eſſe motus ſi-
ne mobili: & vniuerſaliter non poteſt eſſe aliqd
ſucceſſiuum abſq; eo q; aliquid ſuccedat. Nam
ſicut implicaret cõtradictionem, q; eſſet homo,
& nõ eſſet anima ſimul cũ corpore & vnita cor
pori, quia totalitas hominis conſiſtit in ſimulta-
te partium, vt in ſimultate animæ & corporis:
ſic non poterit eſſe aliquid ſucceſſiuum, niſi ali-
quid ſuccedat, cum habitum ſit ſucceſſiua habe
re ordinẽ, & vnitatẽ ex mobili, & eorum totali-
tas conſiſtat in ordine partium. Cũ igitur fra-
ctio quendam ordinẽ motus importet, & quan
dam ſucceſſionem, non poterit eſſe fractio, niſi
aliquid frangatur. Secunda via, quæ arguit ſpe
cialiter de motu ſic accipitur. Per oẽm.n. motũ
acquiritur aliquid (nihil.n. aliud eſt motus, niſi

A quædam ſucceſſiua acquiſitio alicuius) & quãdo
nihil acquiſitum eſt, nondum inceptus eſt mo-
tus, quando autẽ eſt totum acquiſitum, tunc cõ
pletus eſt motus. Tunc ergo eſt motus, quãdo
eſt aliquid acquiſitum, & aliquid eſt in acquiri:
ideo. 6. phyſicorum ſcribitur, q; omne, qđ mo- T.c. 32.
mouetur, partim eſt in termino a quo, & par-
tim in termino ad quẽ: &. 9. metaphyſicæ ſcribi T.e. 10.
tur, Omne quod mouetur habet aliquid de eo
ad quod mouetur. Cum ergo per ſe loquendo
motus non terminetur ad motum, quia motus T.c. 11.
non eſt motus, vt dicitur in quinto phyſicorũ, & in fine.
oportet dare aliquẽ ſitum, vel aliquam formam
acquiſitam per motũ, ad hoc q; motus ſit. Nun
q̃ ergo erit motus, niſi ſit dare aliquid in aliquo,
quod ſucceſſiue per motum acquiritur. Et quia
hoc ſine mobili eſſe non põt, non eſt dare mo-
B tum, niſi aliquid moueatur. Ergo non erit dare
fractionẽ niſi aliquid frangatur: acquiritur.n.
per aliquam fractionẽ nouus ſitus, vel noua ſu-
perficies. Sicut.n. cum linea diuiditur, vnus pun
ctus fit duo puncta, & vnus punctus in potẽtia,
qui erat lineæ continuatiuus, fit duo puncta
in actu, quæ ſunt termini linearũ, ſic cũ corpus
frangitur, vna ſuperficies fit multæ ſuperficies,
vt ſuperficies in potentia, quæ erat corporis co
pulatiua, efficitur duæ ſuperficies in actu, quæ
ſunt termini corporũ. Iſta aũt ſupficies, quæ per
fractionẽ acquiritur, quando nihil de ea acqſi-
tũ eſt, nondum eſt incepta fractio; quando to-
ta eſt acquiſita, eſt fractio conſumata. Nunquã
C autẽ poterit eſſe fractio in frangi, & in fieri, niſi
ſit aliquid acquiſitũ in ſuperficie, & ſit aliquid ac
quirendum. Ergo non põt eſſe fractio, niſi ſit
dare corpus, in quo acquiritur ſuperficies, & ni
ſi ſit dare aliquid de ſuperficie acquiſitũ in cor-
pore. Verè ergo in omni fractione aliquid frã
gitur: & fractione hoſtiæ conſecratę, verè fran
gitur ibi corpus aliquod: non corpus, quod eſt
in genere ſubſtantię, ſed corpus, quod eſt in ge
nere quantitatis: non enim ibi frangitur corpus
chriſti, ſed dimenſiones panis ibi frangunt̃, ſub
quibus eſt corpus chriſti. Et quia dimenſiones
ipſæ ſunt corpus, quod eſt in genere quantita-
tis, bene dictum eſt, quòd ibi frangitur corpus,
D quod eſt in genere quantitatis, & non ſubſtan-
tiæ. Tertia via propria ipſi fractioni ſic haberi
poteſt. Incõueniens eſt.n. ſenſum falli circa per
ſe ſenſibilia: & ſi virtute diuina hoc fieri poſſet,
tamen non eſt congruum, quòd in ſacramento
tantæ veritatis aliqua cõmitatur fallacia: vnde
Magiſter. 4. ſententiarũ, diſt. 12. ait, Ambroſiũ
dicere, quòd nihil falſum putandum eſt in ſacri
ficio veritatis, vel altaris, ſicut fit in magorũ prę-
ſtigiis, vbi deluſione quadam falluntur oculi, vt
videant eſſe quod non eſt. Nec valet, quòd ali-
qui dicunt, nos non falli, quia nõ credimus ali-
quid ibi frangi, quia cum vere aſpiciamus, q; de
hoſtia conſecrata fiunt multæ partes, cum nu- T.c. 64.
merus ſit in ſenſibilibus per ſe, vt dicitur in. 2. de
anima:

Digitized by Google

† exiſtimatio

animæ: ſi ibi non eſſet vera fractio, & nos non crederemus ibi fractionem eſſe: licet non falleretur ibi † ęſtimatio, deluderetur tamen viſus, qui iudicat ibi fractionem eſſe: ſicut deluditur viſus in præſtigiis magorum, quando dicit ſe videre milites, cum milites ibi non exiſtant; licet forte ex hoc non fallamur, ſed forte cogitamus illos non eſſe veros milites. Nō ergo poteſt ibi eſſe fractio, niſi aliquid frangatur; quod declarare volebamus.

Propoſitio. XXXVI.

Cetera accidētia per ſua ſubiecta indiuiduationem ſuſcipiunt, ſola quantitas dimenſiua ſeipſa eſt hæc, quę, vt indiuiduetur, ſubiecto non indiget: ex parte ergo indiuiduationis impugnari nō poterit: † cum in hoc ſacramēto poſſit quantitas per ſę eſſe.

† quin

Comment.

Quia tota cauſa, quare dicimus accidēs nō poſſe per ſe eſſe, eſt, quia a ſubiecto dependet: ideo ſecundū quod magis & minus dependent accidentia a ſuis ſubiectis, ſic eſt magis & minus difficile ſuſtinere, quod poſſint accidentia p ſe eſſe, loquendo de accidentibus permanentibus, qa de ſucceſſiuis nulla eſt quæſtio; planum.n. eſt ſucceſſiua ſine ſubiecto eſſe non poſſe. (Stultū eſt.n. dicere, ꝙ ſit motus, & tamen nihil moueatur: quod oporteret dicere, ſi poneretur motus ſine ſubiecto, motus enim non mouetur; ſi.n. motus per ſe eſſet, ſcd̄m motum illum nihil moueretur.) Cetera vero accidentia permanentia potiſſime difficultatē habent, quod non poſſint per ſe eſſe: quia per ſubiecta indiuiduantur. Nō enim poteſt aliquid in actu eſſe niſi ſit hoc, & niſi habeat eſſe diſtinctum ab aliis: ideo ſtulte ponebat Plato, Vniuerſalia eſſe quiditates per ſe exiſtentes. Omnia ergo illa accidentia, quæ per ſua ſubiecta indiuiduantur, vel eſt impoſſibile ꝙ per ſe exiſtant abſq; eo quod cōtradictionē implicent, vel eſt valde difficile hoc ſuſtinere. Si igitur potiſſima cauſa videtur eſſe indiuiduatio, quare contradictio implicetur, ſi accidentia per ſe exiſtant: ſi poſſumus oſtendere, quod nō omnia accidentia indiuiduantur per ſua ſubiecta, & quod quantitas indiuiduet̄ per ſe, ex parte indiuiduationis non poterit veritas huius ſacramenti impugnari, ex hoc quod quātitas per ſe exiſtat. Quod autem quantitas per ſe indiuiduetur, & non alia accidentia, triplici via venari poſſumus: in tribus enim differunt vniuerſalia à particularibus. Prima.n. differētia eſt, quod particularia habent eſſe ſignatū & determinatū ad locum, & ad tempus, vniuerſalia vero nō: ideo dictum eſt, quod particularia ſunt hic & nunc, vniuerſalia vero ꝓpter ſui abſtractionem ſunt ſemper & vbiq;. Secunda differentia eſt, ꝙ par-

Vniuerſale a particulari in tribus diffat.

A ticularia plurificantur in eadem ſpecie, vniuerſalia vero non. Nam plurificatio quātum ad vniuerſalia, reſpicit differentiam formalē, & infra ſpeciem ſpecialiſſimā in rebus materialibus nō eſt diuiſio per formam: proprium eſt.n. generis, quod diuidatur per formales differētias, ſpecies autem ſecundum quod hmōi ſolum diuiditur in particularia indiuidua, quia ſi ſpecies diuideretur in differentias, particularium eſſet diffinitio; quod eſt contra philoſophum, qui vult quod particularium non eſt ſcientia neq; diffinitio. Particularia tamen rerum materialiū plurificantur in eadē ſpecie: quia differentia particularium videt̄ eſſe per materiam: iſta enim particularia corruptibilia, de quibus loqui intendimus, nō differunt, quia in diuerſis partibus ma-

1. Poſter. cap. 2. et. 7.

7. Met. t. 53.

B teriæ recipiuntur diuerſæ formæ. Tertia differentia eſt, quia particularia ſunt corruptibilia, & mobilia: vniuerſalia ſunt immobilia & incorruptibilia. Ex his autē differentiis tribus formari poſſunt tres rationes, quod quantitas per ſeipſam indiuiduatur. Prima ratio talis eſt, quia (vt probat Auicenna in ſufficientia ſua) accidit ſubſtantiæ eſſe in loco, ſubſtantiæ.n. non competit Vbi, niſi per quantitatē; & quicquid eſt in loco, loquendo de iſtis corporalibus, eſt p quātitatem. Si ergo omnia per quātitatē ad locum determinantur, quantitas (formaliter loquēdo) non determinabitur per aliquid aliud, ſeipſa eſt ergo hic & nunc: immo tam materia q̄ forma, loquendo de materia ſimpliciter ſumpta, pertinent ad totam ſpeciem; & non ſit indiuiduatio,

Quātitas ſeipſa idiuiduatur.

C niſi accipiatur materia ſignata, & materia nō habet eſſe ſignatum, niſi per dimenſiones exiſtētes in ipſa. Si ergo conſideramus primam differentiam inter vniuerſale & particulare, videlicet, quod vniuerſalia non habent eſſe ſignatū, ſed particularia, patet per quid quantitas ſeipſa indiuiduatur & eſt hoc, cum per eam alia habeāt eſſe ſignatum, ipſa vero non per alia. Secunda ratio talis eſt. Nam ſi vniuerſalia a particularibus differunt, quia vniuerſalia non plurificant̄ in eadē ſpecie, ſed particularia; cum in quantitate poſſimus intelligere plura in eadē ſpecie, q̄titas per ſeipſam poteſt indiuiduari (dictum eſt enim ſupra, quod quantitas per ſeipſam eſt ex-

D tenſa, cętera vero extenduntur per quantitatē) quantitas ergo per ſe habebit quantitatiuas partes: Et quia partes quantitatis poſſunt eſſe eiuſdem ſpeciei, quia pōt diuidi vna linea in plures lineas eiuſdem ſpeciei, & vna ſuperficies in plures ſuperficies, & vnum corpus in plura corpora: ſicut per ſe conſiderata quantitas habet plures partes tales, ſic per ſe conſiderata quantitas poteſt plurificari ſub eadem ſpecie. Si ergo talis plurificatio nō poteſt eſſe ſine indiuiduatione, quantitas eſt per ſe hæc, &, vt indiuiduetur, nō indiget ſubiecto: immo ſubiectum ipſum indiuiduatur per ipſam. Tertia ratio talis eſt. Aſſignabatur.n. differentia tertia inter vniuerſale &

particulare, quia vniuerſalia ſunt immobilia, particularia vero mobilia. Sicut ergo quantitati per ſe debetur locus, ita ſi quantitas habet eſſe ꝑ ſe actuale, per ſe competet ei motus (loquendo de motu, qui competit rebus corporalibus, ſecundum quod dicitur, nullum impartibile moueri, ſicut omnia ſunt partibilia per quantitatē) & quia nihil poteſt eſſe mobile niſi quãtum; ſic omnia per quantitatem videntur indiuiduari, quia ſine quantitate non poſſunt eſſe ſubiecta motus. Patet ergo verum eſſe, quód quantitas ſeipſa indiuiduatur. Et ſicut triplici ratione eſt oſtenſum, quantitatem indiuiduari ſeipſa, non per ſubiectum: ſic triplici via oſtendi poteſt, cętera accidentia per ſua ſubiecta indiuiduationē ſuſcipere. Primo quia omnia accidentia alia a quantitate non habent eſſe ſignatum, niſi ex eo quod ſuſcipiuntur in materia ſignata. Rurſum non plurificantur in eadem ſpecie, niſi ex eo ꝙ ſint in diuerſis ſubiectis: ſi enim albedo eſſet ſeparata, eſſet vna albedo: quód autem ſint plures albedines, hoc eſt propter diuerſa ſubiecta. Tertio alia accidentia, per ſe accepta, non poſſunt eſſe ſubiectũ motus, cũ per ſe cõſiderata nõ hēant partes. Q̃ño aũt quãtitas per ſe accepta, põt eſſe ſubiectum motus, cum mathematicus, cuius eſt conſiderare q̃titatē, dicať abſtrahere a motu, & a materia, in ſequentibus apparebit.

Accidẽtia oĩa ꝑter quãtitatē per ſua ſubiecta indiuiduãtur.

Propoſitio. XXXVII.

OMnia accidentia per ſua ſuſceptibilia conſeruantur: propter quod nullum accidens poteſt naturaliter per ſe eſſe. Sed per hoc non habetur, quód virtute diuina, in hoc ſacramento non poſſit accidens per ſe ſubſiſtere, ſi nihil aliud obuiaret.

Declaratio.

Quia quicquid habet creatura habet a deo, ſecundũ ꝙ deus eſt cauſa creaturæ, non plus eſt deus & creatura, q̃ deus ſolum: igitur ſecundũ omne genus cauſæ, ſecundum ꝙ deus eſt cauſa creaturæ, quicquid deus põt mediante creatura, poteſt non mediante illa: quia, loquendo de tali genere cauſæ, tota ratio cauſalitatis creaturæ reſeruatur in creatore; quod patet diſcurrẽdo per omne genus cauſæ, ſecundum ꝙ creatura procedit a deo. Eſt autem deus reſpectu creaturæ in triplici genere cauſæ, efficientis, finalis, & formalis, vt dicit Commentator in. 12. metaphyſicę; & ſecundũ quodlibet genus dictarum cauſarum non plus eſt deus & creatura, quàm deus ſolum. Nam ſecundum genus cauſæ efficientis, quicquid poteſt deus mediante creatura, poteſt non mediante illa. Si enim faber põt aliquid cum martello, quod ſine martello non poſſet, hoc eſt, quia martellus habet aliquid, qđ

Aeg. in Prol. 1. Sen. q. 2. par. 2. princ.

In quibus gñibus cãrũ deus ſit cã creaturæ T.c. 5.

A non accipit a fabro, non enim quicquid virtutis eſt in martello, eſt à fabro: martellus enim ratione ponderoſitatis fortius percutit, ponderoſitatem tamẽ non accepit a fabro, ſed ferrũ, quod eſt in martello, accepit talem grauitatem a generante. Si ergo aliquid poſſet deus mediãte creatura in genere cauſæ efficientis, quod nõ poſſet ſeipſo, oporteret, quód aliqua virtus eẽt in creatura, quã nõ hẽret a deo. Si ergo nihil eſt in creatura, quod a deo non acceperit, nõ plus eſt de virtute in deo & in creatura, q̃ in deo ſolum. Et effectiuè loquendo, quicquid põt deus mediante creatura, põt non mediante illa. Et qđ dictum eſt de cauſa efficiẽte, veritatem habet de cauſa finali: finaliter enim loquendo, vbi vnum propter alterum, vtrobiq; tantum vnũ. Per ſe

B enim non eſt magis bonum ſanitas & potio, q̃ ſanitas ſolum. Et ſiquis diligeret plus ſanitatem & potionem, q̃ ſanitatē ſolum, oporteret quód apprehenderet aliquam bonitatẽ in potione, quæ non competeret ei, vt ordinatur ad ſanitatem. Si ergo nulla eſt bonitas in creatura, niſi ex eo quód ordinatur ad creatorẽ, non eſt plus de bonitate in deo & in creatura, q̃ in deo ſolũ. Sic etiam in cauſa formali dicere poſſumus, puta deus eſt cauſa formalis rerum. Eſt autem deus forma exemplaris rerum, & non inhęrens: quicquid enim exemplaritatis eſt in vna creatura reſpectu alterius, peramplius & perfectius reſeruatur in primo. Ergo ſecũdũ omne genus cau-

C ſæ, ſecundũ quod deus eſt cauſa creaturę (quia ſecundum tale genus cauſæ tota cauſalitas creaturæ reſeruatur in cauſa prima) quicquid põt deus mediante creatura, poteſt non mediante illa. Prout vero vna creatura eſt cauſa alterius, ſecundum aliquod genus cauſæ, quod deo cõpetere non poteſt, quod poteſt deus mediante creatura, non oportet, quód poſſit illud ea nõ mediante. Eſt enim vna creatura reſpectu alterius in duplici genere cauſæ, ſecundum ꝙ genus cauſæ deus nullius eſt cauſa, videlicet, in genere cauſæ materialis, & formalis inhęrentis; ſiue loquamur de materia ex qua, ſiue in qua, deus nullius eſt materia: non enim deus eſt cauſa materialis ex qua res fiunt, cum talis materia ſit

In quibus gñibus cãrũ deus non ſit cã creaturæ.

D quid in potẽtia, deus autem ſit actus purus: nec etiam deus eſſe poteſt materia in qua, quia forma ſimplex nullius poteſt eſſe ſubiectum. Et ſicut non eſt materia rerum, ſic abſq; materia res non poteſt facere. Non põt enim facere cultellum ferreum ſine ferro, & quód eſſet homo ſine carnibus & oſſibus; poſſet autem facere res ſine materia in genere cauſæ efficiẽtis, qa ipſam materiam poſſet producere, ſed materialiter nõ poteſt materialia facere ſine materia: producit enim res ex nihilo ordinaliter, quia poſt nihil res incipiũt eſſe aliquid: ſed materialiter ex nihilo nihil facit, nihil enim eſt, cuius materia nihil ſit: non ergo materialiter poteſt materialia facere, non habentia materiam partem ſui. Et quod

dictum

Digitized by Google

dictum eſt de materia ex qua, intelligendum eſt A
de materia in qua. Si enim accidentia ex hoc ha
bent materiam in qua, quia inſunt, non poſſet
deus facere, quod accidens ineſſet, & non habe
ret materiã in qua eſſet: cum enim facit accidens
ſine ſubiecto, illud accidens non vlterius ineſt.
Et ſicut quia deus non eſt cauſa materialis rerũ,
quod poteſt facere cum materia, non oportet
eum poſſe ſine materia: ſic quia non eſt forma
inhęrẽs rebus, quod poteſt mediante forma in-
hęrente, nõ oportet eum poſſe ſine illa forma,
vt ſi poteſt facere parietem album cum albedi-
ne, non oportet, ꝙ poſſit eum facere albũ ſine
albedine. In omni ergo genere cauſę, ſcd̃m ꝙ
deus non eſt cauſa creaturæ, quod poteſt deus
facere mediante creatura, non oportet, ꝙ poſ-
ſit illud non mediante illa: non quod hoc ſit ex B
dei impotẽtia, ſed quia ſubterfugit rationẽ poſ-
ſibilitatis, ideo poſſe illud nõ eſt poſſe: Cum igi
tur efficere, & conſeruare res in eſſe, reducatur
ad genus cauſæ efficientis, ſecundum quod ge
nus cauſæ deus eſt cauſa rerũ (ſi nihil aliud ob-
uiat, quod accidens non poſſet eſſe ſine ſubie-
cto, niſi quia ſubiectum eſt cauſa efficiens acci-
dentis, inquantum accidens oritur ex principiis
ſubiecti, & per ſubiectum reſeruatur in eſſe) qa
in tali genere cauſæ quicquid deus poteſt face-
re mediante cauſa ſecunda, poteſt non median
te illa: ſi poteſt deus, mediante ſubiecto, conſer
uare accidens in eſſe, poterit ipſum ſine ſubie-
cto conſeruare. Sicut enim (naturaliter loquen C
do) deus producit hominem mediante homine
& mediante ſole, & naturaliter homo non pro
ducitur in eſſe ſine homine & ſole, & quia ho-
mo generat hominem ex materia & ſol, vt dici
tur in. 2. phyſicorum, & tamen quicquid virtu
T.cõ. 26. tis eſt in homine & in ſole, peramplius & perfe
ctius reſeruatur in primo, ideo põt deus abſqꝫ
homine & ſole producere hominem in eſſe: ſic
naturalr̃ accidens cõſeruat̃ in eſſe a deo mediã-
te ſubiecto, cũ quicquid effectiuitatis eſt in ſub-
iecto, totũ reſeruet̃ in deo. Si ergo nihil aliud
obuiat, quare accidẽs ſine ſubiecto eſſe nõ poſ
ſit, niſi quia per ſubiectũ cõſeruat̃, poterit deus
miraculo, ſua virtute conſeruare accidẽs in eſſe
ſine ſubiecto, qd̃ naturaliter per ſubiectũ in eſſe D
conſeruat. Patet ergo verũ eſſe, quod in Theo
remate proponebatur, videlicet, ꝙ omnia acci
dentia per ſua ſubiecta in eſſe cõſeruant̃: ꝓpter
quod nullum accidens poteſt per ſe eſſe. Sed, ſi
nihil obuiat, virtute diuina põt accidens per ſe
ſubſiſtere. In quibus autem accidentibus nihil
aliud obuiat, & in quibus non, declarabitur in
ꝓpõne ſequenti.

Propoſitio. XXXVIII.

QVia pricipalis cauſa, qua-
re quantitas abſqꝫ ſubie-
cto eſſe non poſſet, ſumi
tur ex eo quod per ſub-
A iectum conſeruatur in eſſe. Cum ergo
deus poſſit ſine ſubiecto accidens con
ſeruare, ex quo pricipaliter nihil aliud
obuiat, poterit in hoc ſacramento vir
tute diuina quantitas ſine ſubiecto
perſiſtere.

Declaratio.

Ponitur autem ſubiectum reſpectu accidentis
in duplici genere cauſæ, efficientis, & materia- Subiectũ quõ ẽ
lis. Dupliciter etiam intelligi põt ſubiectum eſſe cã accidentis.
cauſa efficiens accidentis. Primo quia accidens
oritur ex principiis ſubiecti, quia materia ſubie
cta cum forma, eſt cauſa omnium accidentium,
quæ fiunt in ea, vt dicitur in primo phyſicorũ. T.cõ. 80.
B Et ſic ſubiectum non eſt cauſa efficiens cuiuſli
bet accidentis exiſtentis in ipſo, poteſt enim ac-
cidens eſſe in aliquo ſubiecto, quod non ꝓprie
oritur ex principiis eius, cuiuſmodi ſunt accidẽ
tia, quæ ſunt in nobis per acquiſitionẽ, vt ſcien-
tiæ, & virtutes, & ea, quæ ſunt in nobis per infu
ſionem, vt dona gratuita. Et ſi aliquo modo ſal
uare poſſumus habitus acquiſitos oriri ex prin
cipiis ſubiecti, habitus tamen infuſi, quãtum ad
id quod ſunt, ex principiis ſubiecti oriri nõ poſ
ſunt. Non ergo ſubiectum eſt cauſa efficiens cu
iuſlibet accidentis exiſtentis in ipſo, loquendo
de cauſa efficiente, ſecundum ꝙ accidens, quan
tum ad id quod eſt, oritur ex principiis ſubiecti.
C Secundo modo ſubiectum reſpectu accidentis
reducitur ad genus cauſæ efficientis, inquantũ
facit ad conſeruationẽ eius. Et quia omne acci
dens, ſiue naturaliter fluat a principiis ſubiecti,
ſiue ſit in ipſo ſubiecto per acquiſitionem, ſiue
ſit a ſuperiori agente per infuſionem, ſemp con
ſeruatur in eſſe per ſubiectum proprium: ideo
ſic accipiendo cauſam efficiẽtem pro conſeruã
te, ſubiectum eſt cauſa efficiens cuiuſlibet accidẽ
tis exiſtentis in ipſo. Verum quia deus omnia in
eſſe producit, & omnia in eſſe conſeruat, quo-
cunqꝫ modo ſumatur effectiuitas ſiue in produ
cendo, ſiue in conſeruando, quicquid effectiui
tatis eſt in cauſis inferioribus, hoc totum peram
plius & fortius reſeruatur in cauſa prima, vt po
D teſt patere ex Theoremate præcedente. Ideo
quodcũqꝫ accidens põt deus producere mediã-
tibus principiis ſubiecti, poteſt producere non
mediantibus illis; & quodcũqꝫ accidens põt cõ-
ſeruare per ſubiectum, poteſt ſine ſubiecto etiã
conſeruare, ſi nihil aliud obuiat. Et ſicut ſubie-
ctum dupliciter intelligitur eſſe cauſa efficiens
accidentis, ita duplex eſt cauſa materialis eius,
loquendo de cauſa materiali, vt competit acci-
dentibus habere materiam. Accidẽtia enim du-
pliciter poſſunt conſeruari. Primo quantũ ad
naturam, & quantum ad id quod ſunt. Secun-
do quantum ad modum eſſendi, quem habẽt.
Si conſideremus accidens quantum ad modũ
eſſendi, ſic ſubiectum eſt cauſa materialis accidẽ

modi eſſendi: quia planum eſt, res vnius prædi A
camenti poſſe habere modum alterius, vt decla
ratum fuit in 27. Theoremate: Secundæ enim
ſubſtantiæ habent modũ accidẽtis, quia nõ per
ſe exiſtunt, & non ſignificant hoc aliquid, ſed
quale quid, & habent eſſe in particularibus. Et
quia non implicat contradictionẽ, ꝙ res vnius
prædicamenti habeat modum alterius (qa hoc
ſolum deus non põt quod contradictionẽ im-
plicat, iuxta illud quod habet in 6. Ethicorũ,
Ad Nicomachum. cap. 2. Hoc ſolo deus priuatur, ingenita facere, quæ
vtiq; facta ſunt) poterit virtute diuina accidenti
conferri quidam modus ſubſtantiæ, & poterit
diuino miraculo accidens, quod de ſui natura
ineſt, non ineſſe, ſi nihil aliud obuiat. His ergo
duobus modis dimiſſis, dicere poſſumus, ſubie-
ctum tripliciter poſſe facere ad eſſe accidentis. B
Primo, quia conſeruat ipſum in eſſe. Secundo,
prout facit quodãmodo formaliter ad eſſentia
lem vnitatem eius. Tertio, prout facit ad indiui
duationem ipſius. Et licet ſecundũ hæc tria poſ
ſit ſubiectum facere ad eſſe accidentis, non tñ re
ſpectu cuiuſlibet accidentis habet hos tres mo-
dos cauſalitatis, quia reſpectu permanentiũ nõ
habet cauſalitatem illam, quæ quodãmodo for
maliter facit ad eſſentialem vnitatẽ ipſorum: &
reſpectu quantitatis, non habet cauſalitatẽ illã,
ꝙ per ipſum ſubiectũ indiuiduet quantitas. Poſ
ſumus. n. diſtinguere tria genera accidentiũ, qa
Accidentiũ utilis partitio. quædam accidentia ſunt ſucceſſiua, quædã per
manentia: & permanentia diſtinguuntur, quia C
quædam indiuiduant per ſeipſa, vt quantitas:
quædam vero indiuiduantur per ſubiectum, vt
accidentia alia à quantitate. Loquendo ergo de
dictis tribus modis, quibus dictum ſubiectũ vi-
detur facere ad eſſe accidentis, ad tria aſſignata
genera accidentium ſubiectum ſic ſe habet, qa
ad eſſe ſucceſſiuorũ ſubiectum facit tripliciter,
ad eſſe permanentiũ aliorum accidentiũ a quã-
titate facit dupliciter: ſed ad eſſe quantitatis facit
vno modo. Accidentia enim ſucceſſiua conſer-
uãtur in eſſe per ſubiectum, & quaſi formaliter
habent eſſentialem vnitatẽ per ſubiectum, & ẽt
indiuiduantur per ipſum; accidentia vero pma
nentia alia a quantitate licet formaliter nõ pro
prie vnitatem habeant a ſubiecto, quia totalitas
eorum non conſiſtit in ordine partium, vt tota
litas ſucceſſiuorum; tamẽ conſeruantur in eſſe
per ſubiectum, & indiuiduationem habent per
ipſum: quantitas vero, tum quia eſt de genere
permanentium, tum quia per ſeipſam indiui-
duatur, de dictis modis ſolum hoc habet a ſub
iecto, quia conſeruatur in eſſe per ipſum. Poſſu
mus autem dicere, ꝙ accidentis rationẽ tripli
citer conſiderare poſſumus. Primo, ſub quadã ra
tione generali, vt accidens eſt. Secundo, ſpecia-
liter ſm ſuam vnitatẽ eſſentialem. Tertio, parti-
culariter, vt habet eſſe ſignatũ. Aliqua ergo ac-
cidentia ſunt, ad quorũ eſſe facit ſubiectum ge-
neraliter & ſpecialiter & particulariter: & huiuſ

A modi accidẽtia ſunt ſucceſſiua, ad quorum eſſe
facit ſubiectum, vt cõſiderantur generaliter, in-
quantum conſeruat ea in eſſe: quod ſimpliciter
& naturaliter competit accidentibus, vt accidẽ
tia ſunt. Rurſum ad eſſe ſucceſſiuorum faciunt
ſubiecta ſpecialiter, quia eſsentialem vnitatem
quodãmodo formaliter habent per ipſa, ſed fa
ciunt etiam ad eſse eorum particulariter, qa ſuc
ceſsiua per ſua ſubiecta indiuiduationem ſuſci-
piunt; ad eſse autem accidentium permanentiũ
aliorũ a quantitate faciunt generaliter & parti-
culariter, quia conſeruant ea in eſse, & faciunt
ad indiuiduationem eorũ: ad eſse autem quanti
tatis facit ſubiectum generaliter, & vt conſidera
tur quantitas ſub ratione generali, vt inquãtum
accidens eſt: & ſi facit ad eſse eius ſpecialiter &
B particulariter, hoc eſt inquantũ cõmunis ratio
generis reſeruatur in ſpecie, & indiuiduo. To-
ta ergo difficultas, quare quantitas non videtur
poſse eſse ſine ſubiecto, ſumitur, quia per ſubie
ctum cõſeruatur in eſse. Si ergo nihil aliud ob-
uiat, vt oſtenſum eſt, poterit virtute diuina, in ſa
cramento altaris quantitas per ſe eſſe: quod de-
clarare volebamus.

Propoſitio. XXXIX.

QVoniam in hoc ſacramen
to ſola quantitas ponitur
per ſe abſq; ſubiecto ſubſi
ſtere, cætera vero acciden
C tia in quantitate fundantur; poſitio fi-
dei de exiſtentia accidentis ſine ſubie
cto nihil irrationabile continet, ſi mo
dum ponẽdi cũ diligẽtia meditemur.

Declaratio.

Manifeſtum eſt, ſi conſiderentur præhabita, ꝙ
contradictionem nõ implicat accidens ſine ſub
iecto eſse, ex eo ꝙ ſubiectum facit ad productio
nem eius: Vt ex eo quod orit ex principiis ſub-
iecti, & ex eo quod facit ad conſeruationẽ eius,
vt mediante ſubiecto accidens conſeruatur in
eſse, quia ſubiectum ſic habere cauſalitatem re-
ſpectu accidentis, reducitur ad genus cauſę effi
cientis: & ſublatis agentibus intermediis, poteſt
D primum agens ſine illis quicquid cum illis pote
rit. Rurſum nec contradictionem implicat, ſi
ponimus accidens abſq; ſubiecto eſse, ex eo ꝙ
ſubiectum facit ad modum eſsendi accidentis,
vt quia competit accidẽti ineſse, quia eſt in ſub-
iecto, cum res vnius prædicamenti modum alte
rius poſſit habere. Sed ſi ad eſsentialem vnitatẽ
eius formaliter ſubiectum faciat, abſq; implica-
tione contradictionis nõ poteſt accidens abſq;
ſubiecto eſse: ppter quod ſucceſsiua accidentia
abſq; ſubiecto eſse non poſsunt. Dubium tamẽ
eſt, vtrum illud accidens abſq; ſubiecto eſse poſ
ſit, ad cuius indiuiduationem ſubiectum facit.
Et quia ad indiuiduationem omnium acciden-
tium, præterquã ad indiuiduationẽ quantitatis,

non abſoluitur; materia enim reſpectu qualitatũ vel abſoluitur ab eis ſimpliciter, vel induit oppoſitas qualitates. Qualitatũ.n. quædã ſunt primæ, quædam ſunt ſecundę. A qualitatibus ſecũdis poteſt abſolui materia ſimpliciter, poteſt.n. materia eſſe ſub tali forma, ꝙ nec eſt alba, nec nigra, nec medio colore colorata, & nec eſt dulcis, nec amata, nec aliquo ſapore ſapida, vt ſi eẽt materia informata forma aeris, vel forma alicuius puri elementi: ab elementis.n. prædictæ paſſiones alienæ ſunt. A qualitatibus autẽ primis & ſi non abſoluitur materia ſimpliciter & ſecũdum eſſe actuale quod habet, abſoluitur tamẽ a qualibet, ſuſcipiendo oppoſitam qualitatem: vt abſoluitur a calido, quia poteſt eſſe ſub forma frigidi: & abſoluitur a raro, quia poteſt eſſe ſub forma oppoſiti, vt ſub forma denſi. Sed de quantitate non ſic, quia nec abſoluitur a quantitate ſimpliciter, vt abſoluebatur a qualitatibus ſecundis, quia eſſe actuale materia ſine quantitate habere non poteſt: nec abſoluitur a quantitate, ſuſcipiendo eius oppoſitum, quia quantitati nihil eſt cõtrarium: rarum enim & denſum, rectum & curuum, & cętera talia, quæ cõtrarietatem habere vident̃, nõ ſunt quantitates eſſentialiter, ſed ſunt qualitates quędam in quantitatibus fundatæ. Immo nunq̃ forte corrũpit̃ quãtitas in materia q̃tũ ad eſſentiam, ſed ſolũ quãtũ ad eſſe, q̃a magis & minus pfectũ & impfectũ nõ vr̃ diuerſificare eſsẽtiã: ſed ſi eſt ibi diuerſitas, eſt ibi quãtũ ad eſſe ſolũ. Si ergo nõ pprie abſoluit̃ materia a q̃titate, vel magis abſoluit̃ materia ab aliis accidẽtibus q̃ a q̃titate, oportet ꝙ quãtitas prius inſit materię, q̃ cætera accidentia. Cętera ergo accidẽtia in q̃titate fundantur, & mediante quantitate materiæ adhęrent. In ſacramento altaris ergo nullũ accidẽs ponitur per ſe eſſe præter quantitatem, cum oſtenſum ſit, cætera accidentia in quantitate fundari. Tertia via ſic oſtẽditur: quia ſi proprie loquendo magis debet dici materia poſſe abſolui a cęteris accidentibus q̃ a quantitate, oportet ꝙ quantitas immediatius adhæreat ſubſtantiæ q̃ aliquod aliud accidens.

Com. 2. Vnde Themiſtius (vt recitat Cõmentator. 14. meta.) volebat, ꝙ ſicut inter cæteras figuras, prima figura eſt triangulus, poſtea quadrangulus, & ſic deinceps: ſic inter prædicamenta, primũ, quod adhęret ſubſtãtiæ, eſt quantitas, & poſtea qualitas, & ſic deinceps. Cũ ergo ſubſtantia ſit illud, in quo accidentia fundantur, quantitas, quia immediate adhæret ſubſtantiæ, eſt illud, mediante quo, omnia accidentia in ſubſtãtia habent eſſe, igitur omnia accidentia in quantitate fundari habent. Tranſubſtantiata ergo ſubſtantia panis in ſubſtantiam corporis Chriſti, ſola quantitas ibi ſine ſubiecto exiſtit, cętera vero accidentia in quantitate fundabuntur. Quarta via ſic patet: quia ſi quantitas magis immediate adhęret ſubſtantiæ q̃ cætera accidentia, erit prior cęteris accidentibus: & quia prius poteſt intelli-

A gi nõ intellecto poſteriori, poterit intelligi materia quãta non intellecta materia quali, vel nõ intellecta materia vt eſt ſenſibilis. Et inde eſt, ꝙ mathematicus abſtrahit a quali, & nõ a quãto; abſtrahit a materia ſenſibili, non a materia imaginabili, ſiue non a materia intelligibili: ipſa.n. imaginatio quidam intellectus eſt: Commentator enim in. 3. de Anima, imaginationem vocat Intellectum poſſibilem. Com. 5. Si ergo quantitas eſt prior cæteris accidentibus, quia ſemper accidẽtia poſteriora fundantur in prioribus, cætera accidentia in quãtitate fundãtur. Patet ergo verum eſſe, quod in Theoremate proponabat̃, videlicet, quód nõ eſt impoſſibilis poſitio fidei, cum ſolam quãtitatem in ſacr̃o altaris ſine ſub-

B biecto ponat: quæ ſine implicatione contradictionis, vt patet per habita, ſine ſubiecto eſſe poteſt: cætera veró accidentia ponit in quantitate fundari.

Theorema. XL.

IN cæteris tranſmutationibus naturaliter factis, qđ eſt ibi commune & manet tranſmutatione facta, eſt ſubſtantia aliqua, vt in generatione materia, in alteratione ſubiectum. In hac veró conuerſione ſupernaturali non ſubſtantiam aliquã, ſed ſola cõ-

C tingint accidentia remanere.

Declaratio.

Cogimur ad dicendum, ꝙ, facta tranſubſtantiatione panis in ſubſtantiam corporis chriſti, quantitas panis ſine ſubiecto perſiſtat. Fuerunt tamen aliqui ſaluare volentes, poſt quã corpus chriſti incipit eſſe in hoſtia, quantitatem panis habere ſubiectum in quo fundatur: dicebant autem, quód ſimul cum ſubſtãtia corporis chriſti eſt in hoſtia panis ſubſtantia, & ideo quãtitas panis nõ eſt ſine ſubiecto, habet.n. ſubiectũ in quo fundetur; quia habet propriam ſubſtantiã. Sed hoc ſtare non poteſt; quia ſicut ſuperius probabat̃, quód panis ſubſtantia annihilari nõ poteſt, quia corpus Chriſti non incipit eſſe de

D nouo alicubi, niſi vel per motum localem, vel ex eo ꝙ aliquid eſt conuerſum in ipſum: & ideo dicebatur, quód ſi panis ſubſtantia eſſet annihilata, chriſti corpus non eſſet in hoſtia, ex eo ꝙ aliquid eſſet conuerſum in ipſum, & inciperet eſſe ibidẽ per motũ localem, de cęlo deſcendẽdo. Pari ergo ratione, ſi ſubſtantia panis remaneret in hoſtia, Chriſtus non inciperet ibi eſſe per conuerſionem alicuius in corpus eius, quia nihil aliud ponitur conuerti in corpus Chriſti, niſi panis ſubſtantia. Si ergo illa maneret, nihil erit conuerſum in ſubãm corporis chriſti: igitur Chriſtus incipiet eſſe in hoſtia per motum localem, & non ex eo ꝙ aliquid ſit conuerſum in ſubãm corporis eius. Et quia qđ p motum localem incipit eſſe alicubi, eſt ibi locali-

ter, Chriſtus eſſe localiter in hoſtia: ergo circũſcriberetur ibidem, & eſſet ibi ſitualiter. ſ. totus in hoſtia tota, & pars in parte. Immo quia locus debet ęquari locato, non poſſet eſſe chriſtus in hoſtia, niſi eſſet tota quãtitas hoſtiæ, quanta eſt quantitas corporis chriſti. Et vlterius (vt arguebatur ſuperius) quia vnum corpus eſt localiter in vno loco, cum chriſtus inciperet eſſe in hoſtia, deſineret eſſe in cęlo: & cũ eſſet in vno altari, deſineret eſſe in alio: quæ omnia ſunt inconuenientia, & contra fidem; poſitio ergo prædicta ſtare non põt. Propter hoc dixerunt alii, ꝙ quantitas illa, vt in ſubiecto, fundatur in aere: dicebant enim, quód conuerſa ſubſtantia panis in corpus chriſti, dimenſiones panis fundantur in aere exiſtente circa hoſtiam. Sed nec iſtud ſtare B poteſt, quia quantitas, & ſubſtantia, in qua quãtitas fundatur, ſimul ſunt; forma enim & materia vnum & eundem locũ habent. Si ergo dimẽſiones panis, facta tranſubſtantiatione, fundarentur in aere ſicut in ſubiecto, ſolum eſſet aer cum dimenſionibus illis; ſed (vt probatur in .4. phyſicorum) per ſe eſt dimenſionũ reſiſtere dimenſionibus: ita ꝙ ſi ponerentur dimenſiones ſeparatæ, & ſimul cum illis dimenſionibus poneretur aliquod corpus, duo corpora eſſent in eodem loco: quia tota cauſa, quare corpus nõ poteſt eſſe ſimul cum corpore, ſumitur ex eo ꝙ dimenſiones dimenſionibus reſiſtunt: hoc ergo amoto, duo corpora in eodem loco eſſe poterunt. Quantũcunq; ergo panis ſubſtantia con C uerſa ſit in ſubſtantiam corporis chriſti, dimenſiones panis non ſimul poterunt eſſe cum aere, quia dimenſiones illæ non compatiuntur ſecũ dimenſiones aeris. Non ergo dimenſiones panis, vt in ſubiecto, fundabunť in aere: nec etiam dicere poſſumus, ꝙ huiuſmodi dimẽſiones ſint in corpore chriſti tanquam in ſubiecto, qa corpus chriſti proprias habet dimenſiones, & propriam quantitatem: & ſicut duæ albedines in eodem ſubiecto eſſe non poſſunt, ſic nec duę quãtitates in eodem corpore eſſe poſſunt. Rurſum, quia dimẽſiones hoſtiæ ſunt in altari localiter, ſi dictæ dimenſiones eſſent in corpore Chriſti tanquã in proprio ſubiecto (quia nihil eſt aliud corpus eſſe localiter alicubi, niſi eſſe ibi ſecundũ D dimẽſiones proprias) corpus chriſti eſſet localiter in altari, quia eſſet ibi ſecundũ dimenſiones ſuas. Cogimur ergo ad dicendũ, dimenſiones illas ſine ſubiecto eſſe. Virtute ergo diuina, qua accidens (ſi non ſit ſucceſſiuũ, & non indiuiduetur per ſubiectum) poteſt ſine ſubiecto conſeruari in eſſe, quãtitas per ſe & abſq; ſubiecto exiſtet. Vtrum autem accidens, quod per ſubiectũ indiuiduationem ſuſcipit, poſſit virtute diuina abſq; ſubiecto conſeruari in eſſe, non diffinio, quia nõ eſt præſentis ſpeculationis: nullum. n. aliud accidens ponitur in ſacramento altaris ſine ſubiecto eſſe præter quantitatem, quę per ſubiectum indiuiduationem nõ ſuſcipit. Non na

A turaliter ergo, ſed miraculoſe in ſacramento altaris eſt quantitas per ſe exiſtens; non tamen ꝓpter hoc quantitas illa erit ſubſtantia, ſed habebit quendam modũ ſubſtantię: per ſe enim eſſe dicit quendam modũ eſſendi ſubſtãtię, ſicut ineſſe dicit modum eſſendi accidentis. Et ſicut dicebatur ſuperius, poteſt ſubſtantia non per ſe eſſe, & tamen nõ erit accidens, ſed habebit quẽdam modũ accidentis, quia forma ſubſtantialis ſubſtantia quædam eſt. nec tamen per ſe eſt, ſed non ideo eſt accidẽs, habet tamen quendã modum accidentale, & quendam modũ qualem in ſimili ergo, ſi ponitur accidens per ſe eſſe, non erit illud accidens ſubſtantia, ſed habebit quendam modum ſubſtantiæ. Ex his autẽ apparere B poteſt, quomodo verum ſit ꝙ accidentis eſſe, eſt ineſſe. Non eſt aũt hęc prædicatio formalis; ineſſe enim non dicit ipſum eſſe accidentis, ſed dicit quendam modum eſſendi eius: ſicut per ſe eſſe nõ dicit ipſum eſſe ſubſtãtiæ, ſed dicit quẽdam modũ eſſendi ſubſtantiæ. Nõ ergo formaliter verũ eſt, ꝙ accidentis eſſe eſt ineſſe, ſed cauſaliter ſolum, quia accidens non cõſeruatur in ſuo eſſe, niſi per ſubiectum, cui ineſt. Et quia inhęrendo ſubiecto habet eſſe, & in eſſe cõſeruatur, ideo dictum eſt accidentis eſſe eſt ineſſe. Eſt ergo ordo naturalis, vt accidens conſerueť in eſſe per ſubiectum, & non ſit, niſi inſit. Solus ergo ille, in quo reſeruatur totus ordo ſecundorum agentium, & qui ordinem rebus naturaliter inditum immutare poteſt pro ſuo libertatis C arbitrio, & poteſt facere ſine cauſa ſecunda, qđ poteſt facere cum cauſa ſecunda, poterit quãtitatem ſine ſubiecto conſeruare. Non ergo implicat contradictionem, ꝙ ſit accidens, & nõ inſit: ex quo formaliter eſſe accidentis non eſt ipm ineſſe, ſed cauſaliter ſolũ. Verũ quia natura nõ poteſt ordinem iuſtũ immutare, ſed ſolus deus, naturaliter fieri non põt, ꝙ ſit accidens, & non inſit; non quia contradictionem implicet, ſi ponatur accidens non ineſſe, ſed quia eſt ſupra facultates naturę conſeruare accidens ſine ſubiecto, & facere quód ſit accidens, & non inſit. Et ideo bene dictum eſt, ꝙ non naturaliter, ſed miraculoſe in ſacramento altaris accidens per ſe D exiſtit. Hoc viſo, apparet verũ eſſe, qđ in Theoremate proponebatur, videlicet, ꝙ in cæteris trãſmutationibus, quod eſt ibi cõmune, eſt ſubſtantia aliqua: ſed in hoc ſacramento non manet ſubſtantia aliqua, ſed ſolum accidens. In omni autem tranſmutatione naturali illud, qđ manet in tota tranſmutatione, oportet eſſe ſubſtãtiã aliquã, agens. n. naturale ſemper præſupponit materiam, quia non põt materiam producere in eſſe, nec poteſt vnam materiam in aliã conuertere. Semper ergo in omni tranſmutatione manet eadem materia ſubiecta vtriq; contrariorum; ſed ſi manet materia ſola, tunc eſt generatio: ſi vero manet materia cum forma ſubſtantiali, & eſt tranſmutatio in paſſionibus, tunc eſt alteratio,

Quo verũ ſit ꝙ accidentis eſſe ſit ineſſe,

Digitized by Google

alteratio, vt poteſt haberi a philoſopho primo A
T.c.10. de Gen. Vnde ergo dictum eſt, ꝙ in omni trã-
ſmutatione naturali, quod eſt ibi cõmune, & ma
net, tranſmutatione facta, eſt ſubſtantia aliqua:
quia in generatione manet materia, in alteratio
ne vero manet ſubiectum. i. manet aliquid in a-
ctu, quia manet materia cum forma ſubſtantia-
li. Eſt enim differentia inter materiam & ſubie-
T.c.12. ctum, vt dicitur. 9. metaphyſicæ, quia materia
dicit quid in potentia, ſubiectum vero dicit q̃d
in actu. Sed cum ſubſtantia panis conuertit̃ in
ſubſtantiam corporis chriſti, facta hac tranſmu
tatione, non manet aliqua ſubſtantia, quia tota
ſubſtantia panis conuertitur in totam ſubſtan-
tiam corporis chriſti: manent autem accidentia,
quia accidentia panis non cõuertuntur in acci- B
dẽtia corporis chriſti. Sed q̃titati panis tribuit̃
virtute diuina, quidam modus ſubſtantiæ, & ha
bet per ſe eſſe; cætera vero accidentia panis licet
maneant, non tñ per ſe exiſtunt: ſed in quanti-
tate fundãtur, vt in ſubiecto. Ex hoc autem ma
nifeſte patet, ꝙ nullum nomen tranſmutationũ
naturalium poteſt congrue adaptari huic con-
uerſioni. Omnis. n. trãſmutatio naturalis vel eſt
generatio, vel alteratio, vel augmentum, vel lo
ci mutatio. Non autẽ hæc conuerſio poteſt di-
ci loci mutatio, quia chriſtus non incipit eſſe in
hoſtia per motum localem: ſed ibi incipit eſſe,
quia eſt aliquid cõuerſum in ipſum. Nec põt di
ci augmẽtum, quia ex eo ꝙ chriſtus incipit eſſe
in hoſtia, nullum augmentum ſuſcipit. Nec po C
teſt dici generatio, quia in omni generatiõe ma
teria manet tanquã cõmune ſubiectum; hic aũt
non manet panis materia. Nec poteſt dici altera
tio, quia in alteratione non ſolum manet mate-
ria, ſed etiam manet forma ſubſtantialis: hic aũt
nec materia panis manet, nec eius ſubſtantialis
forma; ſed tota ſubſtantia panis tam materia q̃
forma conuertitur in ſubſtãtiam corporis chri-
ſti. Debet ergo hæc mirabilis conuerſio ꝓprio
nomine vocari Tranſubſtantiatio: quia in eã
manentibus accidentibus, fit conuerſio ſubſtan
tiarum, quia ſubſtantia panis non manet, ſed
conuertitur in ſubſtantiam corporis chriſti: ma
nent tamen accidentia panis: quod declarare
volebamus. D

Propoſitio. XLI.

DIcimus, quod, facta con-
uerſione, accidentia panis
abſq; ſubiecto ſubſiſtunt:
tamen non poſſumus in-
telligere accidens, non in-
tellecto ſubiecto. Verẽ ergo eſt laudã-
dus & venerandus ille ſupremus ſum-
mus omnipotens, cui multa ſunt
poſſibilia, quę intellectu capere non
valemus.

Declaratio.

Quia eſt ex ſuperioribus declaratum, ꝙ virtute
diuina, abſq; ſubiecto poteſt accidens conſerua
ri in eſſe, & ꝙ contradictionem non implicat
accidens abſq; ſubiecto exiſtere: crederet forte
aliquis, eo quód iſta rationabiliter ſint oſtenſa,
quód per rõnem & intellectũ poſſemus intelli-
gere accidens, non intellecto ſubiecto. Vt er-
go appareat veritas propoſitionis, tria ſunt de-
claranda. Primo. n. oſtendemus, quód licet poſ
ſimus intelligere, quód accidens abſq; ſubiecto
poſſit a deo conſeruari in eſſe, non tamen poſ-
ſumus intelligere accidens ſine ſubiecto. Secun
do manifeſtabimus, quód dato, quód ſciremus
aliquod accidens per ſe eſſe, & non ineſſe alicui
ſubiecto: non tamẽ poſſemus intelligere illud
accidẽs ſine ſubiecto. Tertio ſpecialem cauſam
aſſignabimus, quare intellectus noſter non po-
teſt intelligere accidens, non intellecto ſubie-
cto, licet poſſit intelligere, quód accidens abſq;
ſubiecto poſſit à Deo conſeruari. Propter pri-
mum notandum, quód licet in quadam vniuer
ſalitate poſſimus rõnabiliter cognoſcere, quód
cauſalitas ſecundorum agentium reſeruatur in
primo: propter quod quicquid deus poteſt me
diante cauſa ſecunda, poteſt non mediante illa:
in ſpeciali tamen non poſſumus intelligere mo
dum illum, ſecundum quẽ ordo ſecundorum
agentium reſeruatur in cauſa prima: & inde eſt
quód non poſſumus intelligere accidens ſine
ſubiecto, quantũcunq; cognoſcamus, quód ac
cidens immediate & abſq; ſubiecto poteſt a deo
conſeruari in eſſe: quia modus huius conſerua
tionis non eſt nobis notus. Sciendum eſt enim,
quód deus eſt cauſa cõmunis & cauſa propria
ſingulorum. Sic enim eſt cauſa cõmunis rerum,
quód cauſalitas ſua ſe extendit ad omnia; eſt ẽt
cauſa propria cuiuſq; rei, quia in eo relucent ra
tiones ſingulorum entium. Sunt enim in deo
proprię rõnes omnium, vt probat Aug. 83. q.
q. de Ideis. In verbo enim diuino rationes ſunt
proprię omnium rerum, quia (vt ſcribitur. 6. de
Trinitate, Verbum eſt ars dei patris omnipotẽ
tis, plena rationę omnium viuentium. Si ergo
per deum tanquã per cauſam vellemus habere
ſciẽtiam alicuius effectus, oporteret nos cogno
ſcere, quomodo deus eſt propria cauſa illius,
quia per communia non aggeneratur ſcientia:
cum ergo ſubtracto ordine ſecundorum agen
tium, deus non ſit propria cauſa rerum, niſi po-
ut in eo relucent rõnes proprię ſingulorum; cũ
non ſit nobis notus diuinus ordo, & non ſint
nobis notæ proprię rationes in deo exiſtentes,
nõ poſſumus habere propriam cognitionem
effectus, prout immediate reducitur in diuinũ
ordinẽ. Poſſumus ergo intelligere accidens, in
tellecto ſubiecto; quia natura ſubſtãtiæ, in qua
reſeruatur propria cauſalitas accidentis, non ſu
perat intellectum noſtrum; ſed non poterimus

intelligere accidens, nõ intellecto ſubiecto, quã
tũcunq; reducamus accidens in diuinum ordi-
nem; quia natura diuina, in qua relucet propria
ratio cauſalitatis cuiuſlibet effectus, excellit intel
lectum noſtrũ. Nec ſumus ſufficiẽtes ad cogno
ſcendum, quomodo cauſalitas, quã habet ſubie
ctum reſpectu accidentis, reſeruatur in primo
agente, & poteſt deus accidẽs abſq; ſubiecto cõ
ſeruare in eſſe, quod cum ſubiecto in eſſe con-
ſeruat. Dicamus ergo, quód ſicut ſcimus de deo,
quia eſt; quid eſt autem ſecundũ naturam ſcire
nõ poſſumus: ſic ſcire poſſumus ꝙ poteſt deus
accidens abſq; ſubiecto conſeruare in eſſe, & ꝙ
ſublato ordine ſecundorum agentium, rema-
net ordo agentis primi: & poteſt deus abſq; ſe-
cundis agentibus res in eſſe producere, & eas cõ
ſeruare: ſed quomodo accidens in eſſe conſer-
uat, & quomodo abſq; ſecundis agentibus res
in eſſe producit, intellectu non capimus. Sicut
ergo nunq̃ intelligeremus accidens intellecto
ſubiecto, niſi cognoſceremus principia ſubiecti,
& modum, quo accidens a ſubiecto fluit: ſic ſi
iſtam dependentiam reducere volumus in diui-
num ordinẽ, ſublato ſubiecto, accidẽs abſq; ſub
iecto intelligere non poterimus, niſi intelliga-
mus diuinam naturam, & cognoſcamus modũ,
ſecundũ quem entia a deo fluunt, & per ipſum
in eſse conſeruantur; quod proprie cognoſce
re ſuperat intellectum cuiuſlibet viatoris. Sed
forte videtur alicui mirabile, quomodo poſſu-
mus cognoſcere accidens virtute diuina poſſe
eſſe ſine ſubiecto, & tamen ipſum ſine ſubiecto
intelligere non poſſumus. Manifeſtandum eſt
ergo, quod ſecũdo declarandũ dicebatur, videli
cet, ꝙ ſi ſciremus aliquod accidens abſq; ſubie-
cto eſſe, ipſum tamen abſq; ſubiecto non poſse
mus intelligere. Sciendum ergo, ꝙ cauſa, quare
accidens abſq; ſubiecto non poteſt intelligi, nõ
proprie ſumitur propter ipſum ineſse actuali-
ter, ſed propter ipſam aptitudinem, quã habet
accidens, vt ſubiecto inſit. Si enim nullus naſus
eſset ſimus, ſimitas actualiter non ineſset alicui
naſo, quia actualis inhęrentia requirit actuale
eſse: non exiſtente autẽ aliquo naſo ſimo, nulla
ſimitas haberet actuale eſse, & per conſequens
actualiter non ineſset. Non tamen, hoc poſito,
poſsemus intelligere ſimum, non intellecto na
ſo; eo enim ipſo ꝙ ſimitas dicit naturam talem,
quæ eſt apta eſse in naſo, non poſsumus intelli
gere ſimum, non intellecto naſo. Cum ergo ac
cidens in ſacramento altaris ponitur eſse abſq;
ſubiecto, licet illud accidens actualiter ſubiecto
nõ inſit, & virtute diuina ablata ſit ab eo actua-
lis inhęrentia; tamen quia aptitudo inhęrendi
inſeparabiliter concomitatur naturam acciden
tis, cum illud accidens maneat accidens, & non
ſit amota ab eo natura propria, non eſt amota
ab eo aptitudo inhęrendi: poſsemus enim dice
re de illo accidente, quod non ineſt; eſt tamen
aptum natum ineſse: nõ enim ſemper aptitudo

A inſeparabiliter eſt annexa actui: poteſt .n. eſse
quis aptus natus ratione vti, qui ratione nõ vtitur.
Immo, quia non competit illi accidenti per na
turam ſuam quód non inſit, ſed per miraculũ,
quantum eſt de natura ſua ſemper eſt aptũ na-
tum ineſse, & ſi relinqueretur naturæ ſuæ, vel
eſse deficeret, vel ineſset: nõ ergo amota eſt ab
illo accidente aptitudo inhęrendi. Cum ergo
accidens non poſsit intelligi ſine ſubiecto pro-
pter aptitudinem, quam habet, vt inſit, quantũ-
cunq; ſciamus accidens aliqđ non ineſse actua-
liter, quia ſcimus ipſum aptitudinem habere, vt
ſubiecto inſit, ſemper intelligimus accidens in
ordine ad ſubiectum. Aliud enim eſt cognoſce
re de re, qđ eſt: aliud eſt cognoſcere, ipſam eſſe,
de ſubſtantiis enim ſeparatis ſcimus, quia ſunt;
B quid autem ſunt, ſcire non poſſumus: & ſcimus
ꝙ vt ſint, effectibus non indigent (effectus enim
non faciunt ad eſſe eorũ) & tamen eas non intel
ligimus, niſi per effectus: cum enim noſtrũ intel
ligere non ſit abſq; phantaſmate, ſubſtantias ſe-
paratas ſic intelligimus vt phantaſmata habent.
Si ergo propter hoc intelligentiæ habẽt phan
taſmata, quia effectus earum phantaſmata hñt,
& non intelligimus eas, non intellectis effecti-
bus: ſic, vt aptemus aliquo modo ſimile ad pro
poſitum, dicamus, ꝙ licet ſciamus, virtute diui-
na, accidens poſſe ſine ſubiecto eſſe, non tamẽ
ipſum poſſumus intelligere, non intellecto ſub
iecto: ineſſe enim & aptitudo inhęrendi ſic ſe vi
C dent habere, ꝙ actuale ineſſe reſpicit ipſum eſſe
accidentis: aptitudo enim inhęrendi concomi-
tatur naturam & quiditatem eius: licet non eo-
dem modo ſit iſta ꝑportio, quia nec natura nec
miraculo fieri poteſt, ꝙ naturæ accidentis nõ ſit
annexa aptitudo inhęrendi: ſed miraculoſe po
teſt accidens eſſe abſq; eo ꝙ inſit. Cum ergo na
tura & quiditas ſint obiectum intellectus, intelli
gere accidens eſt intelligere naturam & quidita
tem accidentis: ſi aptitudo inhærendi concomi
tatur ipſam naturam & quiditatem, & ſublata
actuali inhærentia ab accidẽte, nõ tollatur apti
tudo inhærendi, non poterit intelligi quiditas
accidentis, & per conſequens non poterit intel
ligi ipſum accidens ſine aptitudine inhærendi,
D dato quód actualiter nõ inſit. Et quia aptitudo
ad aliquid non poteſt intelligi ſine eo reſpectu,
cuius dicitur aptitudo; cũ relatiua ſint ſimul na-
tura. i. naturali intelligentia, non poterit intelli-
gi accidens, non intellecto ſubiecto, cui eſt aptũ
natum ineſſe. Specialis autem cauſa, quare acci
dens ſine ſubiecto intelligi non valet (quod ter
tio proponebatur oſtendendũ) ſecũdum quód
ſpectat ad propoſitum, ſic oſtenditur. Quia in-
tellectus intelligẽdo naturam aliquã format dif
finitionem; quicquid enim intelligitur ab intel-
lectu, quod aliquo nomine ſignificari poteſt, ꝑ
intellectum diffinitur, accipiendo diffinitionem
large, ſecundũ ꝙ conceptus mentis diffinitio di
citur, vel ſecundum quód omnis ratio, iudicans
quiditatem

T.cō.9. quiditatem rei, diffinitio appellatur: ideo dictū
eſt in.4.metaphyſicæ, quod ratio, quam ſignifi
cat nomen, eſt diffinitio. Immo, quia ſemper qđ
quid eſt, obiectum eſt intellectus, ſic aliquid
apud intellectum noſtrum intelligitur, ſecun-
dum ꝙ competit ei habere diffinitionem, vel ſe
cūdum quod ei competit habere quiditatem.
Cum ergo accidentia habeant diffinitionem &
quiditatem per additamenta, vt dicitur.7. meta-
T.c. 19. phyſicæ, eo quod diffinitio ſubiecti quaſi addi-
tamentum quoddam ingrediatur diffinitionem
accidentis, ex quo accidentia non habent diffi-
nitionem niſi diffinitionem eorum ingrediatur
ſubiectum, & diffinitio ſubiecti non poterit eſſe
intellectus accidentium ſine intellectu ſubiecti:
T.cō.4. bene ergo dictum eſt in principio.7.metaphyſi B
cę, quod, Subſtantia eſt prior accidente diffini
tione, & cognitione: vt quia diffinitio accidētis
non poteſt eſſe ſine ſubſtantia vel ſine diffinitio
ne ſubſtantię, nō poterit intelligi accidens, ſi nō
intelligatur ſubſtantia. Eſt enim hæc ratio recte
ad propoſitum, vt dicamus accidens, quod in
ſacramento altaris ſine ſubiecto eſt, non poteſt
intelligi a nobis, non intellecto ſubiecto: Quia,
cum partes poſitæ in diffinitione non dicant a-
ctum, ſed aptitudinem, ſi propter hoc non po-
teſt intelligi accidens non intellecto ſubiecto,
quia ſubſtantia eſt prior accidente diffinitione,
vt quia diffinitio ſubſtantiæ ingreditur diffini-
tionem accidentis (cum habitum ſit, quod amo C
ta actuali inhærentia accidentis, remanet aptitu
do, vt ſubiecto inſit) non poterit intelligi illud
accidens, non intellecto ſubiecto, non quia ſub
iecto inſit, ſed quia eſt aptum natum ſubiecto
ineſſe, quam aptitudinem importat diffinitio ac
cidentis, quam intelligendo formamus. Patet
ergo ex dictis, quod diuinum ordinem compre
hendere non poſſumus, & multa ſunt deo poſ
ſibilia, quæ intelligere nō poſſumus; facit enim
deus accidens ſine ſubiecto eſſe, quod intellige
re non poſſumus, non intellecto ſubiecto. Cō-
cludamus ergo, vt concludebatur in Theore-
mate propoſito, videlicet, quod verè laudādus
& venerandus eſt ille ſummus omnipotens, cui
multa ſunt poſſibilia, quæ intellectu capere nō
valemus. D

Propoſitio. XLII.

CONuerſione facta, quia re
manent dimenſiones pa-
nis in loco circunſcripti-
uè & ſitualiter exiſtentes;
dici poteſt, ꝙ localiter manere poſſit
hoſtia conſecrata.

Declaratio.

Poſtquā (auxiliante deo) oſtendimus, quomo-
do corpus chriſti exiſtit in hoſtia, & quomodo
virtute diuina in ſacramento altaris poteſt eſſe
accidens abſq; ſubiecto: nunc reſtat oſtendere,

A cum corpus chriſti non ſit motibus & tranſmu
tationibus ſubiectū, qualiter ſaluare poſſumus
motus & mutationes, quas videmus in hoſtia
conſecrata. Accipiendo autem motū large, put
mutationem includit, vt poteſt haberi ex tertio
phyſicorū, Motus eſt in quatuor generibus, ſe T.cō.5.
cundū ꝙ quatuor ſunt res, ad quas eſt motus,
ſubſtantia, quantitas, qualitas, & vbi. Motus aūt
in ſubſtantia dicitur generatio vel corruptio, in
quantitate augmentum vel diminutio, in quali-
tate alteratio, in vbi loci mutatio. Omnes autē
hos motus aſpicimus in ſacramento altaris. Eſt
enim ibi loci mutatio, quia hoſtia cōſecrata de
vno altari ad aliud poteſt deferri. Sic etiam ibi
alterationem eſſe contingit, quia poteſt hoſtia
B calefieri & infrigidari. Et rurſum augmentū &
diminutio ibi eſſe poſſunt, quia poteſt ibi eſſe ra
refactio & cōdenſatio: quia accipiendo augmē
tum & diminutionem large abſq; rarefactione
& condenſatione, augmētum & diminutio ibi
eſſe non poſſunt: quia & ſi dubiū eſt, vtrum in
ſacramento altaris poſſit eſſe rarefactio & con-
denſatio prout chriſtus eſt ſacramentaliter ſub
ſpecie panis, omnino tamen manifeſtum eſt, ꝙ
ibi talia eſſe poſſunt, prout eſt ſub ſpecie vini.
Sic etiam & generationem aſpicimus: poteſt.n.
hoſtia cōſecrata corrumpi, ex cuius corruptio
ne poſſunt inde vermes generari. Et quia non
videtur congruum ponere per miraculum ta-
lia fieri, ideo oſtendemus de omnibus tranſmu-
C tationibus tactis ſingulariter, quomodo pñt cō
tingere circa ſacramentum altaris. Et primo de
loci mutatione, quia de illa fit ſpecialis mentio
in Theoremate, quod pręmanibus nunc habe
mus. Notandum ergo, quod oſtēdere hoſtiam
conſecratam poſſe moueri localiter, eſt declara
re, quod dimēſiones panis remaneant, ſub qui
bus habet eſſe ſubſtātia corporis chriſti. Quod
ergo oporteat dimenſiones panis remanere, du
plici via declarare poſſumus. Prima via ſic pa-
tet. Nam, vt ſuperius dicebatur, corpus Chriſti
incipit eſſe in hoſtia, non quia deſcēdens de cę Prop. 11.
lo incipiat eſſe in altari, ſed quia aliquid, vt pa-
nis ſubſtantia, eſt conuerſum in ipſum. Sic.n. ar
guit Philoſophus in prīo de Generatione cap.
D de Augmento, quod quando aliquid generat Tex. 33.
ex alio, ibi incipit eſſe genitum, vbi erat illud ex
quo generatum eſt. A ſimili ergo nos arguere
poſſumus, quod cum aliquid tranſubſtantiatur
& conuertitur in aliud, ibi incipit eſſe illud, in
quod aliquid eſt conuerſum, in quo erat illud,
quod eſt conuerſum in ipſum. Si ergo ſubſtan-
tia panis, conuerſa in corpus chriſti, erat in alta
ri, etiam in altari incipiet eſſe corpus chriſti. Nō
autē dicere poſſumus, quod corpus chriſti inci
pit eſſe in altari mediantibus dimenſionibus p-
priis, cum oſtenſum ſit, ſic chriſtum eſſe ſub ſa-
cramento, quod non eſt ibi ſubſtantia corporis
chriſti mediante quātitate, ſed quantitas mediā-
te ſubſtātia. Oportet ergo remanere dimenſio-

ſiones panis, quibus mediantibus ſit chriſtus ſacramentaliter in altari, cum mediantibus dimẽſionibus propriis ibi eſſe non poſſit. Quia ſi diceretẽ, miraculo fieri poſſe, ſic ſubſtantiam panis conuerti in corpus chriſti, ꝙ tamẽ dimenſiones panis non remaneant, ſequeretur ſm talem cõuerſionem chriſtum nuſꝗ eſſe; per ſe enim ſacramentaliter chriſtus nuſquã eſt, quia mediãtibus dimenſionibus propriis non eſt ſacramentaliter alicubi. Si ergo chriſtus, prout ſacramentaliter habet eſſe non eſſet alicubi mediantibus dimenſionibus aliis, vt mediantibus dimenſionibus panis, ſequeretẽ ꝙ chriſtus, prout eſt ſub ſacramento, nullo modo determinaretẽ ad locũ. Quod & ſi miraculo fieri poſſet corporalẽ ſubſtantiam virtute diuina non determinari ad locum aliquẽ, tamen tale miraculum nullo modo eſt conueniens ſacramento: ſacramenta.n. ſunt medicinæ noſtræ, quę in vſum noſtrũ veniunt: ſed ſi corpus chriſti, vt ſacramentaliter habet eſſe, non determinaretur ad locũ, nõ poſſet venire in humanũ vſum: non enim vti poſſumus, ſecundũ ꝙ hic de vſu loquimur, his, quæ nullo modo ad locũ determinantur. Eſt ergo vna ratio, quare oportet dimenſiones panis remanere, vt corpus chriſti, vt ſacramẽtaliter habet eſſe, aliquo modo determinaretẽ ad locum, ſine qua determinatione non poſſemus vti iſto ſpirituali cibo: immo, quia ſacramentum eſt inuiſibilis gratię viſibilis forma, niſi aliquo modo determinaretur ad locum, nec eſſet quid ſenſibile, nec ſacramentum eſſe poſſet. Secunda via ſumitur, ſi conſiderantur verba, per quæ fit conuerſio panis in corpus chriſti: hæ autem duę vię ſibi correſpondent; in quolibet enim ſacramento eſt duo conſiderare, ſanctificationem materiæ, & vſum ſacramenti. Sanctificatio materiæ in hoc ſacramento fit cum diciẽ, Hoc eſt corpus meũ: Vſus autem huius ſacramenti conſiſtit, ex eo ꝙ hoſtiam conſecratam accipimus, & manducamus. Prima ergo via ſic oſtendebat, quód oportebat dimenſiones panis remanere ꝓpter vſum ſacramenti: ſed hæc ſecunda via manifeſtat, ꝙ expedit tales dimenſiones remanere ꝓpter ſanctificationem materiæ. Nam in ſanctificatione materiæ (vt tactum eſt) proferunẽ hæc verba. Hoc eſt enim corpus meum. Et ly hoc demonſtrat contentum ſub ipſis dimẽſionibus, vel ſub ipſa ſpecie panis: eſt enim ſenſus, hoc.i. contentum ſub hoc, vt ſub his dimenſionibus, ſiue ſub hoc velamine ſpecierum, eſt corpus meum. In hac enim conuerſione eſt tria conſiderare, terminum a quo, terminũ ad quem, & id quod eſt cõmune, quod manet, trãſmutatione facta. Terminus à quo eſt panis ſubſtantia, quæ non manet. Terminus ad quem eſt corpus Chriſti, in quod panis conuertiẽ. Id autem quod eſt cõmune, ſunt ipſa accidentia panis, quæ manent conuerſione facta. Sic & in aliis tranſmutationibus eſt tria conſiderare, ſi enim ex aere fit ignis, A terminus a quo eſt forma aeris, quæ non manet: terminus ad quem eſt forma ignis, quæ induciẽ in materia: id autem quod eſt cõmune, eſt ipſa materia, quia aliquando eſt ſub forma aeris, aliquando ſub forma ignis. Sunt ergo tria in tranſmutationibus naturalibus, ſicut in hac tranſmutatione ſupernaturali; differenter tamen (vt ſuperius tangebatẽ) quia quod eſt ibi cõmune, eſt ſubſtantia aliqua, vt materia vel ſubiectum: hic autem non ſubiectum aliquod, ſed ſola contingit accidẽtia remanere. Cum ergo dicitur, Hoc eſt corpus meum, ly hoc vel demonſtrat terminum a quo, vt ſubſtantiam panis, vel terminum ad quem, vt corpus chriſti, vel id quod eſt commune, vt accidentia panis, ſub quibus ante B conuerſionem erat ſubſtantia panis, facta autẽ conuerſione, eſt ſub eis corpus chriſti: propter qđ contineri ſub illis ſpeciebus ſucceſſiuè ſecundũ diuerſa tempora, eſt cõmune ſubſtantiæ panis & corpori chriſti. Ergo ly hoc non poteſt demonſtrare ſubſtantiam panis, quia panis nõ eſt corpus chriſti: nec poteſt demõſtrare ipſum corpus chriſti, quia in principio locutionis, cum dicimus, Hoc, nondum eſt ibi corpus chriſti, ergo ly Hoc demonſtraret qđ nõ eſſet. Tutius ergo & cõmunius tenetur, ꝙ ly Hoc demonſtrat id quod eſt cõmune, vt ſit ſenſus, Hoc.i. contentum ſub hoc, ſiue ſub his ſpeciebus, eſt corpus meum. Nec videtur valere illud, ad qđ quiC dam confugiunt, volentes vitare inconuenientia, per hoc ꝙ verba prædicta ſunt ſignificatiua & factiua: quia ſi per hunc modũ deberet verificari propoſitio abſq; eo ꝙ ly hoc demonſtraret quod eſt cõmune, congruentius diceretur, Hoc fit corpus meũ, ꝗ Hoc eſt corpus meum. Et dicere chriſtum non tradidiſſe formam per omnem modum congruã, eſt oſtendere ſe eſſe ſapientiorem eo, qui eſt dei virtus & dei ſapientia. Poſſumus autẽ quod dictũ eſt declarare in naturalibus; ſiquis enim illius eſſet efficaciæ, ꝙ de quocunq; diceret, hoc eſt aurũ, fieret aurum: ly hoc non demonſtraret terminũ a quo, nec terminum ad quem, ſed id qđ eſt cõmune. Eſt enim ſenſus, hoc quod eſt aurum.i. hoc qđ eſt D in hac materia, eſt aurum. Si ergo deberent verificari verba prolata ad ſanctificationem materiæ, oportet ibi remanere aliquid commune, vt oportet quód remaneant ibi accidentia panis, ſub quibus eſt poſtea corpus chriſti: immo talis demonſtratio, qualis per Hoc deſignatur, abſq; prædictis accidentibus fieri non valet. Et quia inter cætera accidentia, quantitas eſt magis propinqua ſubſtantiæ, & eſt illud, per quod aliquid magis determinatur ad locũ, ideo oportet quãtitatem panis remanere. Poſſumus ergo in hoſtia conſecrata motum localem ſaluare, eo ꝙ remanent dimenſiones hoſtiæ, exiſtentes in loco ſitualiter & circũſcriptiuè: quód ſufficit ad ſaluãdum motũ localem. Quòd ſi diceretẽ, ꝙ mathematicus non abſtrahit a quanto, abſtrahit tamẽ

Auguſt. lib. 2. cap. 1. de doct. chriſt.

a motu;ergo ſola quantitas nõ videtur ad mo-
tum ſufficere. De leui reſpondere poſſumus:qa
T.c.6.7. (vt ſcribitur in primo de Generatione) mathe-
maticis corporibus debẽtur tactus & locus: ſed
ille tactus & ille locus eſt imaginatus ſolũ, quia
mathematica,ſm ꝙ huiuſmodi,abſtracta ſunt a
† quali materia ſenſibili,& a materia † naturali: quod ſi
hoc non eſſet,competeret mathematicis tactus
& locus naturalis, & etiam motus naturalis eis
conueniret. Quantitas autem panis,quę manet
in ſacramento altaris, non eſt quantitas mathe-
matica, nec eſt quantitas ſeparata a quali: rema-
net enim ibi quantitas cum qualitate & cũ cæte-
ris accidentibus panis. Poterimus ergo ibi ſalua-
re tactum, & locum, & motũ naturalem; quod
declarare volebamus. Propoſitio. XLIII.

NVlla tranſmutatione facta in Chriſto, ſaluare poſſumus alterationem in hoſtia: quia remanet panis quantitas ſubiecta qualitatibus, ſecũdum quas contingit aliquid alterari.

Declaratio.

Quia eſt ex ſupioribus declaratum, quomodo
in hoſtia conſecrata poteſt ſaluari motus loca-
lis: nunc autem reſtat oſtendere, quomodo ibi
ſaluari poſſit motus alterationis:poteſt enim ho-
ſtia calefieri & infrigidari & ſm alias alteratio-
nes alterari: non autem poſſumus dicere ꝙ ibi
fiat illuſio ſenſur, vt quod videatur hoſtia cale-
fieri,ſed nõ calefiat: videatur humectari, ſed nõ
humectetur. Oſtẽſum enim fuit ſupra per Am-
Prop.35. broſium,quod non debet eſſe illuſio ſenſus in
ſacramento veritatis,quemadmodũ ſenſus illu-
ditur in præſtigiis Magorum. Igitur exquo ho-
ſtiam alterari aſpicimus,fatendum eſt, quod ſit
ibi vera alteratio. Nec etiam dicere poſſumus,
quod ſit ibi alteratio vera, ſed nihil ibi alteratur,
ponendo miraculoſe eſſe ibi alterationem ſine
Prop.38. ſubiecto:dictum eſt enim,quod accidentia ſuc-
ceſſiua adeo a ſubiecto depẽdent, quod nec mi-
raculoſe,nec naturaliter fieri poteſt, quod ha-
beant per ſe eſſe. Rurſum,quia per talem altera-
tionem fit via ad corruptionem, quia per ni-
miam calefactionem poſſet hoſtia incinerari, &
quod ad tales effectus interueniat miraculũ, nõ
videt̃ congruum. Dato ergo, quod miraculo
fieri poſſet, quod eſſet alteratio abſq; eo quod
aliquid alteraretur: huiuſmodi tamẽ alteratio-
nes, quas videmus poſſe contingere circa ſacra-
mentum altaris, ponere per miraculum nõ eſt
decens. Solum ergo vna via reſtat, vt dicamus
in ſacramento altaris remanere quantitatẽ ſub-
iectam qualitatibus. Et quia ſcđm qualitates ha-
bet fieri alteratio, poſſumus ibi ſaluare alteratio-
nem, ſecundũ quod vna & eadẽ quantitas põt
eſſe ſubiectum diuerſarum qualitatum. Sicut n.
naturaliter eſt generatio in rebus corruptibili-
A bus,quia corruptibilia cõmunicant in materia,
quæ eſt ſubiectum formarũ ſubſtantialium: ſic
naturaliter poſſumus ſaluare alterationem cir-
ca ſacramentũ altaris,quia remanet ibi quãtitas,
quæ eſt ſubiectum qualitatum. Sufficit enim ad
ſaluandũ tranſmutationẽ de forma ad formã,
quod ponamus tertium, qđ poſſit ſubiici vtriq;
formæ. Sed ſi ſic dicimus,quod credimus bene
dictum,occurrit nobis quædam dubitatio: quia
(vt ſcribitur in primo de Generatione, capitu-
lo de differentia alterationis ad generationem) T.c.24.
yle eſt maxime ſubiectum generationis, in aliis
autem tranſmutationibus aliquo modo eſt ſub-
iectum. Dicitur enim yle.i. materia prima eſſe
maxime in generationibus ſubiectum, quia for-
B ma ſubſtantialis,ſm quã eſt tranſmutatio in ge-
neratione ſimpliciter immediate habet fundari
in prima materia:ſed aliæ tranſmutationes hñt
aliquo modo pro ſubiecto materiam: quia ea,
ſm quæ aliæ tranſmutationes attenduntur, vel
fundãtur in ipſo compoſito, vel immediate fun-
dantur in aliquo accidente. Verum quia quod
primum eſt in omni genere, eſt cauſa omnium
aliorum, quæ ſunt poſt, quia materia eſt primũ
ſubiectum, quicquid aliud ſubiicitur, nõ habet
quod poſsit ſubiici,niſi per materiam. Si ergo
quantitar eſt ſubiectum qualitatis, & poteſt eſſe
ſuſceptiua diuerſarum qualitatum, hoc habet
per materiam in qua fundatur; igitur in motu
ad albedinẽ,& in omnibus alterationibus eſt ali-
C quo modo ſubiectum materia, quia ſuperficies
non habet quod ſit ſubiectum albi & nigri, niſi
per primum ſubiectum, vt per materiam. Vnde
& philoſophus in primo metaphyſicę,materiã T.c.17.
appellat fundamentum naturæ: eſt enim funda-
mentum cuiuſlibet tranſmutationis naturalis.
Licet ergo remaneat quantitas panis ſubiecta
qualitatibus, tamen quia non manet materia pa-
nis (cum materia ſit primum fundamentũ tranſ-
mutationũ naturalium omnium,& amoto pri-
mo amouentur omnia, quæ ſunt poſt) vt videt̃,
in hoſtia conſecrata naturaliter ſaluare nõ poſ-
ſumus motum alterationis. Et ſicut ex his, quæ
dicta ſunt, videtur ſequi (facta conuerſione ſm
accidentia panis) non poſſe fieri alterationem
D paſſiuam; ita ſequi videtur, ꝙ ſm talia accidẽtia
nõ poſſit fieri alteratio actiuè: videtur enim eſſe
dicendũ hoſtiam conſecratam non poſſe alte-
rari,nec alterare. Nam ſicut materia eſt primũ
potentiale, & eſt primũ principium omnis tranſ-
mutationis paſſiuè: ſic forma ſubſtantialis re-
ſpectu aliarum formarũ eſt primus actus, & re-
ſpectu earum eſt primũ principiũ omnis tranſ-
mutationis actiuè: agunt enim omnes formæ
accidentales in virtute formæ ſubſtantialis, ſicut
enim accidenti non competit ſubiici, niſi in vir-
tute materiæ, ſic accidentibur non cõpetit age-
re, niſi in virtute formę. Cum ergo nec maneat
materia, nec forma panis, ſed tota ſubſtantia pa-
nis conuertatur in corpus chriſti, & etiam non

remaneat materia & forma vini,ſed in ſanguinē
conuertatur tota vini ſubſtantia, ſm accidentia
panis & vini nō poterit fieri ibi alteratio nec a-
ctiuè nec paſſiuè. Si ergo, facta conuerſione,ali
quid poneret̃ in calice,non humectaret̃ ab acci
dentibus vini, nec etiam aliquā alterationem,
vt videtur, faceret circa illa accidentia; quæ om
nia repugnant his,quæ ſenſui apparent. Notā-
dum ergo,ꝙ tota cauſa, quare vnū accidens nō
poteſt eſſe ſubiectū alterius accidentis, niſi hoc
habeat virtute materiæ, quę ponitur eſſe primū
ſubiectum: & etiā tota cauſa, quare omnis tranſ
mutatio præſupponit materiam, ſumitur ex eo
ꝙ accidentia abſq; materia in eſſe cōſeruari nō
poſſunt: ſed ſi collatum eſſet alicui accidenti, ꝙ
poſſet ſine ſubiecto perſiſtere: ſi illud accidens
eſſet ſuſceptiuum proprietatum,naturaliter poſ
ſet ab vna proprietate,& ab vno accidēte tranſ
mutari in aliud. Poterit ergo quātitas, ſi poteſt
habere per ſe eſſe,ſine materia ab vna qualitate
in aliam tranſmutari,& eſſe ſubiectum diuerſa-
rum qualitatū ſine materia: quia tota cauſa, qua
re talis trāſmutatio non poteſt quantitati cōpe-
tere ſine materia (vt dictū eſt) ſumitur, qa quāti
tas,vt ſit,materia indiget: & quia non pōt ſubie
ctum eſſe niſi ſit,nō pōt eſſe ſubiectum, niſi per
materiam. Sed ſi virtute diuina poteſt quantita-
ti conferri ꝙ per ſe ſit, poterit ei cōferri, quòd
per ſe ſubiectum ſit,& ꝙ per ſe tranſmutari poſ
ſit: tranſmutatio.n. fecit ſcire ſubiectum & mate
Cap. 1. riam,vt vult Cōmen.in de ſubſtantia orbis. Qđ
ergo poteſt per ſe ſubiectum eſſe, poteſt per ſe
tranſmutari ea, quorum ſubiectum ponitur. Et
quod dictum eſt de alterari paſſiuè, valet ad in-
telligendū,quomodo ibi poteſt eſſe alterari acti
uè. Nam ſicut quantitas panis & vini,facta con-
uerſione, alterari poſſunt, ſuſcipiendo alia &
alia accidentia; ſic ſecundū accidentia, quæ ha-
bēt,poſſunt alia alterare: alteratio enim eſt mo
tus ad formam accidentalē. Et ſi per formā acci
dentalem forma accidentalis inducit̃, non cōpe
tit accidenti agere vltra ſuam ſpeciem. Si ergo
accidentia dicuntur agere in virtute formæ ſub
ſtantialis,hoc intelligendū eſt quātum ad intro
ductionem formę ſubſtantialis, quia ſi ignis per
calorem generat ignem, hoc fit ꝑut calor agit
in virtute formę ſubſtātialis ignis: ageret enim
calor vltra ſuam ſpeciem,ſi in virtute ꝓpria poſ
ſet inducere formam ſubſtantialē. Sed ſi ad in-
troductionem formę accidētalis hoc vellemus
extendere,diceremus accidens agere in virtute
formæ ſubſtantialis,non ſolum quātum ad ge-
nerationem ſubſtantiæ, ſed etiam quantum ad
alterationem,quæ fit ſecundū accidentia: hoc
pro tanto veritatem haberet, quia ſicut compe
tit alicui eſſe,ſic competit agere: & quia acciden
tia non poſſunt per ſe eſſe abſq; forma ſubſtan
tiali, non poſſunt per ſe agere abſq; tali forma.
Omnia autem accidentia, de quibus loqui intē
dimus,fundantur in ſubiecto compoſito ex ma

A teria & forma. Verum quia materia dicit quid
in potentia & habet rationem ſubiicibilis, for-
ma vero dicit quid in actu,& habet rationem a-
ctiui: ideo licet a toto compoſito habeant acci-
dentia eſſe & agere,& quòd ſint ſubiectum & ꝙ
agant: tamen competit accidentibus ſubiici ra-
tione materiæ, & agere ratione formæ, quia &
ſi oriuntur & conſeruantur in eſſe per materiā
& formam (quia materia cū forma eſt cauſa om
nium accidentium,quæ fiunt in ea) non tamen
†æquè comparantur huiuſmodi accidentia ad †ex æquo
materiam & ad formam: ſed quantitas,quæ ha-
bet rationem ſubiecti; magis ſe tenet ex pte ma-
teriæ: qualitas vero, quæ habet rationem acti-
B ui, magis ſe tenet ex parte formæ. Dicamus er-
go,prout ſpectat ad propoſitum, ꝙ ſicut quan
titas,ſi poteſt per ſe eſſe abſq; materia, poteſt ꝑ
ſe ſubiici abſq; illa: ſic qualitas,ſi poteſt ꝑ ſe eſſe
abſq; ſubſtantiali forma, pōt per ſe agere abſq;
illa, loquendo de actione, ſm quam inducitur
accidentalis forma, rōne cuius non dicit̃ agens
agere vltra ſuam ſpeciem; quia de modo, ſecun
dum quem ibi poteſt eſſe tranſmutatio ad ſub-
ſtantialem formam, in ſequentibus apparebit.
Patet ergo, quòd in ſacramento altaris pōt eſſe
alteratio paſſiuè, quia remanet quantitas ſubie-
cta qualitatibus: & pōt ibi eē alteratio actiuè, qa
remanet qualitas in quantitate fundata. Poſſu-
C mus ergo alteratione ſaluare in hoſtia non ſo-
lum paſſiuè, ſed etiam actiuè: quod declarare
volebamus.

Propoſitio. XLIIII.

NOn augmentata corpo-
ris Chriſti ſubſtantia, cir
ca ſacramentum altaris
per rarefactionem & con
denſationem contingere
poterit motus augmenti: quia dimen
ſiones indeterminatæ determinatis di
menſionibus ſunt ſubiectę.

Declaratio.

D Saluauimus per præcedentia in ſacramento al
taris motum localem, & alterationem: nūc au
tem reſtat oſtendere, quomodo ibi ſaluari poſ
ſit augmentum & diminutio; quem motum in
prædicto ſacramento ſaluare, maiorem difficul
tatem continet, q̃ fuerit difficultas prędictorum
motuum. Augmentum autē & diminutionem
circa aliquod, poſſumus dupliciter intelligere.
Primo per ſubtractionem alicuius partis, vel ꝑ
additionem nouæ materiæ, & ſic augmentū &
diminutio ꝓprie fiunt in rebus animatis, in qui-
bus, qa alimentum tranſmiſſum ad ſingulas par
tes conuertitur in ſubſtantiam aliti, quælibet ps
aucti eſt augmentata, & in diminuendo quæli-
bet pars diminuti eſt diminuta. Et quia quamli
bet partem aucti auctam eſſe oportet, & dimi-
nuti diminutam eſſe, quæ ſunt proprietates au-
gmenti

T. cō. 32. gmenti & diminutionis, vt dicitur in primo de Generatione, capitulo de augmento: ideo proprie augmentum inuenitur in rebus animatis; ſed tñ aliquo modo in rebus inanimatis inuenitur augmentum per additionē nouæ materiæ, quia ſi lapides lapidibus cumulantur, maiorem aceruū lapidū efficiunt. Et ſic loquendo de augmento & diminutione nō intēdimus, certū eſt enim ꝙ ſi diuidať hoſtia conſecrata, pars hoſtię nō tantas dimēſiones habet, quātas habebat tota hoſtia: & ſub maioribus dimenſionibus erat corpus chriſti hoſtia exiſtente integra, ꝙ ſit ea diuiſa in partes. Sic etiam ſi dimenſionibus vini ſub quibus exiſtit ſanguis chriſti, aliæ dimenſiones adderentur, licet ſanguis chriſti augmentatus non eſſet, quia ſub vtriſqꝫ dimēſionibus ſanguis Chriſti totus & idē exiſtebat: poſſemus tñ dicere, facta tali additione, ſanguinē chriſti eſſe ſub maioribus dimenſionibus, ꝙ prius. Sic ergo ponere augmentū & diminutionē videre non eſt difficile. Secundo modo pōt intelligi, ꝙ dimēſiones illæ, ſub quibus eſt corpus chriſti, vel eius ſanguis, augmentanť & diminuanť per rarefactionē & condenſationē: poſſet enim ſpēs vini, ſub qua eſt ſanguis chriſti, per frigus congelari & condēſari, & occupare minorē locū: & tunc ſub minoribus dimenſionibus eſſet ſanguis chriſti, ꝙ prius. Sic etiā per calorē ſpēs illæ poſſent rarefieri, & occupare maiorem locū: & tunc, nullo addito, eſſet ſanguis chriſti ſub maioribus dimenſionibus, ꝙ antē. Hæc ſenſus iudicat oculata enim fide tale augmentum, & talem diminutionem percipimus. Sed quomodo hoc contingat, & qualiter, ꝙ in tali ſacramēto abſqꝫ additione aliarum dimenſionū, per rarefactionem pōt eſſe motus ad maiorē quantitatem, & per condenſationē abſqꝫ ſubtractione, pōt eſſe motus ad quantitatē minorē, videre non eſt facile. Naturaliter enim loquendo, non eſt dare aliquam mutationem, niſi ſit dare ſubiectum tertium poſſibile ſubiici duabus formis oppoſitis, vel priuationi & formę. Non enim eſſet motus nec mutatio ſm illuminationem, niſi eſſet aer, vel aliquod diaphanū differens & a tenebra & a luce, aliquando habens eſſe tenebroſum, aliqñ illuminatum. Sic. n. non eſſet motus ab albo in nigrum, niſi eſſet dare ſubiectū tertium, differēs ab vtroqꝫ, poſſibile ſubiici formæ albi & nigri. Secundū autem hunc modū ſaluabimus in ſacramento altaris & motū localem, & alterationem: poteſt. n. hoſtia moueri localiter, quia dimenſiones hoſtiæ, exiſtentes in loco circūſcriptiue & ſitualiter, poſſunt ſe ſucceſſiue cōmenſurare diuerſis locis. Sic etiā & alteratio ibi eſſe poteſt, quia quantitas, quæ ſubiicitur qualitatibus, eſt differēns a qualitate, & pōt eſſe ſubiecta diuerſis qualitatibus, ſm quas contingit aliquid alterari. Sicut ergo naturaliter non pōt ibi eſſe motus ſm qualitatem, niſi ibi ſit aliquid qualitati ſubiectum: ſic naturaliter non pōt eſſe motus

Augmentū quō per rarefactionē, & diminutio per cōdenſationē fiant.

A ſm quantitatē, niſi ibi ſit aliquid quantitati ſubiectum. Vel ergo dicemus, ꝙ cum ſpecies vini, ſub quibus eſt ſanguis chriſti, per calorem rare fiunt, & occupant maiorem locū: vel per frigus condēſantur, & occupant minorē locū, ꝙ hoc ſit ſupernaturaliter: vel oportet ibi dare aliqđ ſubiectum dimenſionibus vini, quod poſſit eſſe aliquando ſub magnis dimēſionibus, aliqñ ſub paruis. Prima aūt poſitio eſt omnino abſurda, quia exquo naturaliter pñt ſpecies vini infrigidari & calefieri, naturaliter cōdenſantur & rare fiunt & occupant minorē locum. Videmus. n. ſenſibiliter, ꝙ hmōi tranſmutationes ſequuntur motum, & temperiem aeris naturalem: cōgelať enim ſpecies vini, ſub qua eſt ſanguis chriſti, in B hyeme, non in æſtate. Fugere ergo difficultatē hāc, ꝙ hoc ſupernaturaliter fiat, videť omnino ridiculum. Rurſum oſtendere, ꝙ illis dimenſionibus ſit aliquid ſubiectum, eſt valde difficile, habitū eſt. n. ſupra ꝙ oīa accidentia facta conuerſione, fundantur in quantitate; quantitas autē ipſa nō fundatur in aliquo ſubiecto. Non vř ergo dimenſionibus vini, ſub quibus eſt ſanguis chriſti, aliquid eſſe ſubiectum: cum dimēſiones ipſæ quantitatē dicant. Notandū ergo, quod in materia panis & vini, & in materia omnium generabiliū & corruptibilium, eſt duplex quātitas, & duplex genus dimēſionum. Sunt. n. ibi dimēſiones determinatæ & indeterminatæ: eſt enim materia generabilium & corruptibiliū tanta & C tanta, & occupat tantū & tantum locum: dicimus. n. ꝙ tantum de materia quantū eſt in vno pugillo aquæ eſt in decem pugillis aeris: nec tñ tantū locum occupat materia vt eſt ſub vno pugillo aquę, quantū occupat vt eſt ſub decē pugillis aeris: nullum. n. horum habet materia per ſeipſam. Non. n. per ſe eſt tanta & tanta vt multa vel pauca, nec per ſe occupat tm̄ & tantum locum vt magnū vel paruum: materia. n. per ſe eſt pura potentia. Et quia eſſentiale eſt materiæ eſſe in potentia, quicquid actualitatē aliquā vel diſtinctionem importat, nō habet materia de ſe, ſed acquirit illud vt eſt ſub tali forma accidentali, vel ſubſtantiali. Oportet ergo dare formā & D perfectionem aliquā, per quā materia eſt tanta & tanta, & per quam occupat tm̄ & tantum locum: hoc autē neceſſe eſt eſſe quātitatem; quia quicquid importat magnitudinem & pluralitatem aliquā, ſm quam accipit aliqua partialitas, molis, neceſſe eſt illud quātitatem eſſe. Cū ergo competat materiæ habere partem & partem, ex eo ꝙ occupat tantū & tantū locum: oportet ei vtrūqꝫ horum per quantitatē conuenire. Si ergo oſtendere poterimus, ꝙ non eſt eadē quantitas, per quā materia eſt tanta, & per quā occupat tantum locū. Et rurſum, ſi poterimus declarare, ꝙ quātitas illa, per quā res eſt materia tanta, pręcedit quantitatē illam, per quā materia occupat tantum locum; & ꝙ in prima quantitate, per quā materia eſt tanta, tāquā in ſubiecto fun

Prop. 39.

Dimenſionum quædā determinatæ, et quædā indeterminatæ.

Aeg. quol. 4. q. 1.

Nō eſt eadem q̄titas per quā materia eſt tā ta, & per quā materia occupat tm̄ locum.

F

datur alia quantitas,per quam occupat tantum
locum:facile erit ſuſtinere, quomodo in ſacrō
altaris ſaluari poteſt per rarefactionē & condē
ſationem motus augmenti & diminutionis, &
occupationem maioris & minoris loci. Nā quā
titas illa, per quā materia eſt tanta,pñt dici dimē
ſiones indeterminatę; ſed dimenſiones determi
natæ dici pñt quantitas, per quā materia occu-
pat tantū locum. Vtrum autem ſic loqui de di-
menſionibus indeterminatis & determinatis ſit
ſm intentionem Cōmentatoris,qui primus vi-
ſus eſt iſta notabilia inueniſſe: & vtrum ſit dare
alias dimēſiones indeterminatas in materia prę
ter has, de quibus locuti ſumus: & quot modis
accipiuntur dimenſiones determinatæ & inde-
terminatæ,declarare nō eſt præſentis ſpecula-
tionis:alibi enim (domino concedente) propo
nimus hanc materiam diffuſius pertractare.Ad
præſens tñ eſt declarandum, ꝙ quia quantitas
illa,per quam materia eſt tanta, quæ poteſt dici
dimenſiones indeterminatæ,ſubiecta eſt quanti
tati,per quā materia occupat tantum locū, quæ
poteſt dici dimenſiones determinatæ: oportet
dimenſiones indeterminatas ſubiici dimenſioni
bus determinatis.Et quia tantū de materia,cum
eſt ſub forma aquæ, occupat minorem locum:
cum eſt ſub forma aeris occupat maiorem locū,
oportet eaſdem dimēſiones indeterminatas ali-
quando ſubiici maioribus dimenſionibus deter
minatis, & aliquando minoribus. Si igitur hæc
conuerſio,quæ ſit in ſacramento altaris, ꝓprie
vocatur tranſubſtantiatio:quia ſic conuertitur
ſubſtantia panis in ſubſtantiā corporis chriſti,
& ſubſtantia vini in ſubſtantiam ſanguinis, qđ
non eſt conuerſio accidētium in accidentia:ſed
remanent omnia accidentia panis & vini, ſub
quibus eſt corpus & ſanguis chriſti: oportet re
manere vtraſq; dimenſiones panis & vini deter
minatas & indeterminatas. Sicut ergo abſq; va-
riatione chriſti ſaluabimus alterationē in ſacrō
altaris,quia ibi remanet quātitas poſſibilis ſubii-
ci diuerſis qualitatibus: ſic ibi ſaluare poſſumus
occupationem maioris & minoris loci,& motū
ad maiorē & minorem quātitatē,quia ibi rema
nent dimēſiones indeterminatę poſſibiles ſubii
ci diuerſis dimēſionibus indeterminatis. Vt er
go hæc manifeſtè appareant,ſicut ſupius tange
batur,duo ſunt declaranda. Primo enim oſten
dendum eſt,ꝙ quātitas illa,per quā materia eſt
tanta, non eſt eadem cū quantitate illa,per quā
materia occupat tantū locum:& ꝙ dimēſiones
indeterminatæ non ſunt eædem per eſſentiam
cum dimenſionibus determinatis,loquendo de
dimenſionibus indeterminatis,vt hic loqui ince
pimus.Secundo manifeſtabitur, ꝙ quātitas illa,
per quam materia eſt tāta,eſt prior illa, per quā
occupat tātum locū vt eſt ei ſubiecta,vel, quod
idem eſt, dimenſiones indeterminatæ priores
ſunt dimenſionibus determinatis, vt indetermi-
natæ dimenſiones ſunt determinatis ſubiectæ.

A Primum duplici via oſtendit̄. Prima talis eſt, ſi
duo aliqua ſunt idē per eſſentiā, corrupto vno
corrumpitur & aliud: ſed poteſt remanere ma-
teria tanta abſq; eo quòd remaneat occupatio
tanti loci: ergo non eſt eadem quantitas, p̄ quā
materia eſt tanta,& per quā occupat tantum lo
cum: cum enim ex aqua fit aer, remanet materia
tanta,quia tantū de materia, quantum erat ſub
forma aquæ,fit poſtea ſub forma aeris. Nihil.n.
ibi de materia deperditur,quia nihil ibi annihi-
latur,nec aliud de materia de nouo creatur. Re
manet ergo materia tanta,ſed non remanet oc-
cupatio tanti loci, quia plus occupat de loco,vt
eſt ſub forma aeris, q̄ vt eſt ſub forma aquæ. Di
menſiones ergo indeterminatæ, loquendo de
B eis vt hic loquimur,non ſunt eædem per eſſen-
tiam cum dimenſionibus determinatis. Secūda
via talis: quādo aliqua duo ſunt idem per eſſen-
tiam, ſi potentia alicuius agentis ſe extendit ad
vnum illorum, oportet ꝙ ſe extendat ad aliud;
ſed virtus naturalis agentis pōt immutare quan
titatem materię,prout occupat tm̄ & tantum lo
cum: naturaliter.n.fieri poteſt,quòd materia oc
cupans paruum locū, poſtea occupet maiorē
locū,quia naturaliter ex aqua fit aer, & ex aere
ignis; ſed nulla virtus naturalis agentis pōt im-
mutare quantitatem illā,per quā materia eſt tan
ta & tanta; non.n.naturaliter fieri poteſt, quòd
paruū de materia fiat multum,quia tunc ex gra
C no milii poſſet fieri mons vnus & turris vna, &
poſſet aliquid augeri eo non rarefacto & nullo
addito,quod quidam conceſſerunt fallentes ſe-
metipſos per experimēta fallentia; ſed hoc in-
quirere, requirit vlteriorem ſpeculationem:ma
nifeſtum eſt tñ prædictā imutationem fieri non
poſſe ab agente naturali,vt patet per philoſo-
phum in primo de generatione,in capitulo de
augmento. Non eſt ergo eadem quantitas, per
quam materia eſt tanta,& per quā occupat tan
tum locum,quia virtus agentis naturalis ſe extē
dit ad vnam quantitatem,& non ad aliā. Dimen
ſiones ergo indeterminatę non ſunt eædem cū
dimenſionibus determinatis, qđ primo dicebat̄
declarandū. Qđ autē hæ dimenſiones ꝓcedant
D illas & eis ſint ſubiectę, per eaſdē vias declarari
poteſt,per quas oſtēſum eſt,eas non eſſe eaſdē.
Nā ſi manet materia tanta, & nō remanet occu-
patio tanti loci, oportet naturalr̄ materiā prius
eſſe tantam, q̄ occupet tm̄ locum. Si.n.eſſet po-
ſterius, non remaneret, amoto priore: nec ex
æquo comparari poſſent: quia tunc qua ratio-
ne materia poſſet abſolui ab vno, poſſet abſol-
ui ab alio,quod non eſt verū: quacunq;.n.tranſ
mutatione naturaliter facta, ſemper manet ma-
teria tanta,quanta erat prius, ſed non ſemp̄ oc
cupat tantum locum. Rurſum eo ipſo quòd na
turale agens præſupponit id, per quod mate-
ria eſt tanta, quia non pōt aliquid augmentare
eo nō rarefacto: & nihil addit, & nō præſuppo
nit occupationem loci: quia facit illam eandem
materiam

Dimenſiones indeterminatæ non ſunt eædē per eſſentiam dimenſionibus determinatis.

T.com.31.

Digitized by Google

materiam occupare maiorem locum,quę prius occupabat minorē;prius eſt quātitas p quā materia eſt tanta,q̄ quātitas,p quā materia occupat tm̄ locū. Si ergo aliqđ agens p̄ſupponit vnū, & nō aliud; qa ſemp poſteriora priora p̄ſupponunt:oportet præſuppoſitū naturaliter in via generationis prius eſſe eo,qđ non pręſupponitur. Et quia ſemper ea, quæ prius adhærent materiæ,ſubiiciunt̄ his, quæ poſterius adueniunt: nō ſolum dimenſiones indeterminatæ præcedunt dimenſiones determinatas, ſed etiam ſunt eis ſubiectæ, & hæ fundātur in illis. Sicut ergo quia cætera accidentia fundant̄ in quantitate, ideo ſaluabamus ibi alterationis motum, prout eadem quantitas aliquando ſub vna quantitate eſt,aliquando ſub alia: ſic quia dimenſiones determinatę fundant̄ in dimenſionibus indeterminatis,per rarefactionem & condenſationem poterimus ibi ſaluare motum augmenti & diminutionis,prout eędem dimenſiones indeterminatæ ſubiici p̄nt maioribus & minoribus dimēſionibus determinatis: quod declarare volebamus. Ex his autem magis declarant̄ quæ dicta ſunt in anterioribus Theorematibus;quia poſſet forte alicui eſſe dubium,qūo in dimenſionibus panis & vini poteſt induci vna qualitas per motum alterationis. Omnis.n.forma dr̄ educi de potentia materiæ; ſed ex quo materia panis non manet,& materia corporis chriſti non eſt ſuſceptibilis nouæ formę,nulla materia eſt ibi, de qua poſſit educi noua forma. Quantūcunq; ergo remaneat quātitas ſubiecta qualitati, cum calor non immittat̄ ab extra,ſed educat̄ de potentia materiæ,iuxta illud Commentatoris in 12. metaphyſicæ, corpus calidū agens in aliud corpus, nō immittit calorem ab extra, ſed facit potentia calidū actu calidum: Cum ibi non ſit dare materiam, de cuius potentia educat̄ calor, nō videt̄ ſufficere q̄titas ſubiecta qualitati, vt ſit ibi motus a frigido in calidum. Sciendū igit̄, ꝙ omnis forma dr̄ educi de potentia materiæ, & omnes formæ dicunt̄ fundari in materia: quia formis materialibus & accidentalibus non competit per ſe eſſe, niſi ex eo ꝙ in materia fundantur. Sed ſi dimenſiones indeterminatæ ſubiectę dimenſionibus determinatis poſſent per ſe eſſe, ex eis poſſent educi accidentales formæ fundatæ in ipſis; poſſet.n.inde educi raritas & denſitas. Nam ex hoc eſt aliquid rarum, quia dimenſiones indeterminatæ ſubiectę ſunt magnis dimenſionibus terminatis: & ex hoc eſt denſum, quia illæ eędem dimēſiones indeterminatæ ſubiiciunt̄ paruis dimenſionibus terminatis. Poſſumus ergo per hæc duo genera dimenſionum abſq; alia materia ſaluare raritatem & denſitatē, & ponere motum rarefactionis & condenſationis; potentialiter igitur & virtute hęc duo genera dimenſionū continent raritatē & denſitatem. Et quia per ſe videtur eſſe, ꝙ rarum ſequit̄ calor, & denſum frigus; ex his dimenſionibus

Com. 18.

A per raritatē & denſitatem educi poterit calor & frigiditas, & per cōſequens ſiccitas & humiditas qa ſiccitas potiſſime ſi tenet ex parte caloris, & humiditas ex parte frigiditatis. Nō.n. poſſet aliquid eſſe ſumme & potiſſime calidum, niſi eſſet ſiccum: nec poſſet eſſe per ſe & primo frigidū, niſi eſſet humidum. Et quia qualitates ſecundæ fundant̄ in primis, ſupponendo prædicta genera dimēſionum, per raritatem & denſitatem p̄nt inde educi qualitates primæ.ſ.calidum & frigidum, humidum & ſiccum: & mediantibus qualitatibus primis, naturaliter inde educi poterunt qualitates ſecundæ. Omnem ergo modū alterationis ibi ſaluare poſſumus. Ex prædictis etiam magis manifeſtum eſt, quomodo cætera accidentia in quantitate fundantur: quia nō omnia

B fundant̄ immediate in dimenſionibus terminatis; ſed aliqua immediate fundant̄ in dimenſionibus terminatis, vt album & nigrum & cæteri colores, qui fundant̄ in ſuperficie; eſt.n. propriū ſuperficiei primo loco colorari. Aliqua vero magis immediate fundant̄ in dimenſionibus interminatis, vt rarum & denſum, & forte primæ qualitates, quæ rarum & denſum ſequunt̄. Ex hoc patet etiam, qūo quantitati magis cōmunicari poſſit per ſe eſſe, q̄ cæteris accidentibus. Nō ſolum.n. quantitas magis immediate adhæret ſubſtantiæ, q̄ cætera accidētia, ppter hoc quod magis accedit ad per ſe eſſe, q̄ accidentia alia: ſed etiam modus quantitatis magis imitatur modū ſubſtantiæ, cui competit per ſe eſſe, q̄ modum

C aliorum accidentium. Nam ſicut ſubſtantia cōpoſita, quæ exiſtit per ſe, componitur ex materia & forma: ſic in quantitate eſt aliquid ad modum materiæ, & aliquid ad modū formę: ipſæ enim dimenſiones indeterminatæ ſe habent vt materia, & terminatæ ſe habent vt forma. Sicut enim materia per formam complet̄, & terminatur: ſic dimenſiones interminatæ per terminatas perficiunt̄, & terminantur. Ex his autem magis declaratur, quomodo quantitati competit per ſe indiuiduatio. Non ſolum enim quantitas per ſe poteſt dici indiuiduari: quia per ſe importat ſignationem quandam, & quia in quantitate ſecundum ſe poſſumus intelligere plura

D eiuſdem ſpeciei, & propter aliqua, quæ ſuperius tetigimus: ſed etiam quantitati per ſe videtur competere indiuiduatio, quia indiuiduum quid aggregatum nominat. Compoſitio enim in quantitate reperta inſinuat compoſitionem ex materia & forma, inquantū dimenſiones interminatæ ſe habent ad ſimilitudinem materię: quia formæ ſubiiciuntur dimenſionibus terminatis. Plures etiam alię veritates ex pręhabitis haberi poſſunt, quæ prudentis lectoris inuentioni & iudicio relinquantur.

Propoſitio. XLV.

TRanſubſtantiatione com-
pleta, in ſacramento alta-
ris nulla manet materia
ſuſceptibilis nouę formę:
non tamen, obſtãte ꝙ yle eſt maxime
ſubiectum generationis, ibi generatio
& corruptio eſſe poterunt, nullo alio
miraculo contingente.

Comment.

Difficile fuit oſtendere, quomodo in ſacramen
to altaris potuerit eſſe motus ad maiores dimen
ſiones: ſed (vt videt̃) longe difficilius eſt oſtende
re, quomodo ibi ſaluari poſſit generatio & cor
ruptio. Hic autem (vt videtur) non eſt fuga vl-
terius, nec amplius videtur poſſibilis euaſio. Sal
uabamus: n. motum localem, quia eędem dimẽ
ſiones pluribus locis ſe cõmenſurare poterant:
ſic etiam ſaluabamus alterationem, quia eadem
quantitas diuerſis qualitatibus poterat eſſe ſub-
iecta: necnon & motũ augmenti ſic ſaluare co-
nabamur, oſtendendo dimenſiones indetermi-
natas poſſe ſubiici aliis & aliis dimẽſionibus ter-
minatis. Generationem autem (vt videtur) nullo
modo ſaluare poſſumus. Difficile eſt. n. videre,
quomodo ex hoſtia per putrefactionẽ pñt ori-
ri vermes: & qũo ex ea per vſtionem põt gene-
rari cinis. Vermis. n. & cinis dicunt quaſdã ma-
teriales ſubſtantias, quæ eſſe nõ poſſunt, niſi ha
beant materiam partem ſui. Cum ergo facta cõ
uerſione, in ſacramento altari non remaneat ali
qua materia ſuſceptibilis nouæ formæ, videre
eſt valde difficile, qũo ibi tales generationes pñt
1. Opinio. contingere. Dixerunt quidam, volentes euitare
difficultatem prædictam, ꝙ in dicto ſacro rema
net panis ſubſtantia; ex quo pñt generari ver-
mes, & cineres, & cætera talia. Et ſi hoc eſſet ve-
rum, quæſtio propoſita difficultatem non ha-
beret: ſed vt ſuperius fuit tactum hęc poſitio ſta
re non põt. Cum. n. panis ſubſtantia conuertat̃
in corpus chriſti, & illud, quod in aliud conuer
titur, non manet, neceſſe eſt panis ſubſtantiam
non remanere. Quòd ſi diceret̃, ſubſtantiam pa
nis non conuerti in corpus chriſti, & chriſtum
non eſſe ſub ſacro per cõuerſionem alterius in
ipſum, tũc ſequeretur, ꝙ chriſtus inciperet eſſe
in altari per motum localem, quod fuit ſuperius
2. Opinio. improbatũ. Eſt ergo ſecundus modus aliorum,
dicentium accidentia illa ſic corrumpi, quòd ibi
nihil aliud generat̃. Sed hoc ſenſui repugnat:
vr̃ enim ꝙ ibi generatur aliquid, vbi erat ſpecies
panis: vbi. n. erant dimẽſiones panis, fiunt aliqñ
3. Opinio. vermes & cinis. Propter hoc eſt tertius modus
quorũdã, dicẽtiũ hæc generata generari ex cor
pore circunſtante: vermes. n. quos aſpicimus ge
nerari poſt putrefactionem hoſtię (vt dicunt)
generant̃ ex aere. Sed nec iſtud eſt conueniens,
vt cõiter improbatur: quia q̃diu durant ſpecies

A & dimenſiones panis, non generant̃ ibi vermes:
nec etiam ſi durat ibi aer: quia dimenſiones pa-
nis ſufficiẽtes ſunt ad reſiſtendũ dimenſionibus
aeris. Igitur in eodẽ inſtãti erit corruptio ſpecie
rum, & motus localis aeris ad locum, vbi erant
ſpecies panis & generatio vermiũ: qđ ſtare non
põt; quia generatio & corruptio, prout muta-
tionem important, ſm̃ ꝙ de eis hic loquimur,
fiunt in inſtanti: motus. n. localis requirit tẽpus.
Rurſum cum vermes illi generent̃ ex putrefa-
ctione (cum putrefactio non fiat in aere ſed in
illis ſpeciebus) non eſt congruũ dici, ꝙ vermes
illi ex aere generantur. Amplius ex vno elemẽ-
to immediate nõ generat̃ mixtum: ergo non ex
B aere circundante generant̃ vermes. Præterea ſi
hoc sacr̃m ſumeretur in magna quantitate, nu
triret, & homo poſſet ſuſtentari ex illo: & dice-
re contrarium eſt contradicere ſenſui. Ex aere
autem non põt fieri nutrimentũ, quia (vt p̃bat
philoſophus circa finem ſecundi de Generatio T. c. 50.
ne.) Ex eiſdem nutrimur & ſumus. Non autem
ſumus ex vno elemento, ergo nec ex vno ele-
mento nutriri poſſumus. Immo, vt cõiter poni
tur, ſi inter ſolida corpora includeret̃ hoſtia cõ
ſecrata, abſq; eo ꝙ ibi ingrederetur aer, poſſent
generari inde vermes. Eſt igit̃ quartus modus 4. Opinio.
dicendi, ꝙ redit panis ſubſtantia, ex qua generã
tur hmõi vermes: ſed iſtud ẽt improbatur, quia
ſi redit ſubſtãtia panis, vel redit manentibus ſpe
C ciebus panis, vel non manentibus. Manentibus
ſpeciebus, non: quia quãdiu ille ſpecies manent,
tandiu eſt ibi corpus chriſti. Dictum eſt autem
ſupra, quòd ſimul cum corpore chriſti non eſt
panis ſubſtantia, ſed conuertitur in ipſum. Si au
tem dicatur, quòd corruptis ſpẽbus panis, inci-
pit ibi eſſe panis ſubſtantia: non vr̃ congruum,
quòd tunc incipiat eſſe panis ſubſtantia. qñ de-
ficit ibi eſſe panis ſpecies; niſi forte per ſubſtan-
tiam panis intelligatur tanta materia, quãta fuit
materia ſub forma panis. Et ideo eſt qntus mo- 5. Opinio.
dus dicendi, quòd miraculoſe redit ibi tãtũ de
materia, quantũ erat ſub forma. Sed non videt̃
conueniens, ꝙ deus faciat miraculum, cum ci
neres & vermes & talia vilia generantur ex illis
D ſpeciebus. Præterea miraculum eſt quoddam
inconueniens naturæ, inquantum agenti natu
raliter non conuenit facere miracula: quãto au
tem pauciora talia ponere poſſumus, tanto con
uenientior vr̃ poſitio. Fruſtra ergo ſaluamus
per miraculum, qđ ſine miraculo ſaluare poſſu
mus. Ideo dixerunt alii, quòd dimenſiones ipſæ 6. Opinio.
interminatę miraculoſe conuertebantur in na
turam materiæ; ꝑpter quod pñt inde generari
vermes, & aliæ materiales ſubſtantiæ. Sed ſi ad
miraculum vellemus confugere, nulla poſitio
tacta eſſet inconueniens: ſi. n. miraculoſe ſub
ſtantia panis eſſet annihilata, vel in quodcũq;
eſſet cõuerſa, poſſet redire eadẽ numero: ęqua
lis enim virtutis eſt, quod aliquid cõuertatur in
aliud actu pręexiſtẽs, & ꝙ corruptũ vel annihi
latum

latum vel etiam in aliud conuerſum,redeat idē A numero. Si enim conſideratur primū Theorema huius operis,in quo oſtendit,quomodo virtute diuina aliquid pōt conuerti in aliud actu præexiſtens, non habet difficultatem, quomodo annihilatum & in aliud conuerſum redeat idem numero. Poſſet ergo deus,& ex aere circūſtante,& ex ſubſtantia panis eadem redeunte,& ex materia de nouo creata,& aliunde ſicut vellet,facere illos vermes,& illos cineres, quos videmus fieri in hoſtia combuſta,vel putrefacta. Immo & ſi non eſt impoſſibile, ſatis eſt tamen difficilius ſuſtinere,quomodo dimēſiones,quæ ſunt accidentia,pſſit conuerti in materiam, quæ eſt quædam ſubſtantia,ꝙ quomodo ex aere,vel ex materia de nouo creata pſſit fieri vermes. Li- B cet ſint magni,qui hoc dixerunt,& ſi viuerent, ſuam poſitionem defenderent:dicta tamē eorū meum intellectū nō quietant.Immo,ponendo ibi generationem & corruptionem ſine miraculo,dictis tantorum doctorum non contradicimus:quia ipſi abundè alibi in aliis ſuis dictis aliter dixerunt,volentes ꝙ ſine miraculo ibi poſſet eſſe generatio & corruptio. Dixerunt enim, ꝙ ſicut miraculoſe illis accidētibus collatum eſt ſine ſubiecto exiſtere,quod eſt propriū ſubſtantiæ:ita ſine nouo miraculo poſſent facere quicquid facit ſubſtantia. Poſſunt ergo omnia dicta accidentia inebriare,& nutrire; & pōt ex eis generari vermis,& cinis,& cætera talia. Dicunt iſti,ꝙ abſq; nouo miraculo naturaliter ex illis C accidentibus poteſt generari ſubſtātia: quia collatum eſt illis accidentibus per ſe eſſe, quod eſt proprium ſubſtantiæ. Rationabilitas autem dictarum poſitionū in duobus vr̄ conſiſtere, vel ꝙ miraculoſe redeat,vel creetur materia,ex qua pſſit generari vermes, & cineres, & cętera talia: vel quòd abſq; miraculo,ex illis accidētibus poſſit generari ſubſtantia. Sed ſi confugimus ad miraculum,videmur rudibus adhærere ſermonibus:per miraculum n. & diuinam potentiā eſt facile omnia ſuſtinere: nec expedit per miraculum ponere, quod abſq; miraculo poteſt fieri. Si vero non ad miraculum fugimus,ſed cū indagantibus quęſita ſubtilius dicimus,ꝙ abſq; miraculo nouo naturaliter ex illis accidētibus pōt D generari vermis & aliæ materiales ſubſtantiæ, vltra vires noſtras opus aſſumimus:quia ſi tanti viri ſic dicēdo ſibi ſufficiebāt, noſter tñ intellectus,qui ad intellectum eorū non attingit,non quietatur in talibus dictis. Videmus enim,quod illis accidētibus virtute diuina collatum eſt per ſe eſſe:non tñ propter hoc collatum eſt eis eſſe ſubſtantiam,ſed collatū eſt eis ꝙ habeant quendam modum ſubſtantię. Si.n.dici poſſet,illa accidentia eſſe ſubſtantias,quia collatū eſt eis per ſe eſſe,non excederet intellectū noſtrum, quō ex eis naturaliter & abſq; miraculo poſſet generari ſubſtantia,quia nil mirum eſt, ſi ex ſubſtantia ſubſtantia generatur: ſed ex eo quod nō eſt ſubſtantia,ſed habet quendam modū ſubſtantię,quō ſubſtantia poſſit generari, noſtrum intellectum excedit. Sicut. n.accidentibus confert modus ſubſtantiæ, vt per ſe ſint:ita ſubſtantiis competere poteſt modus accidentis, vt in alio ſuſtententur. Si ergo nullus diceret,ꝙ ſubſtantia,habens modum accidentis, poſſet naturaliter abſq; miraculo conuerti in accidens, vt videtur:nullus deberet dicere, ꝙ accidens, habēs modum ſubſtantię, naturaliter in ſubſtantiam conuerti poſſit. Teneamus ergo viam quaſi mediam,quæ intellectum plus quietare vr̄. Dicamus enim,ꝙ ſi debeant ex hoſtia generari vermes,quod ibi incipit eſſe materia: pp quod ex accidentibus non fit ſubſtantia, vt dicebat vltima poſitio,ſed ex ſubſtantia ſubſtantia: & tamē non eſt ibi miraculū aliquod, vt dicebat alia poſitio: corruptis.n. ſpeciebus & accidētibus panis,ſub quibus eſt corpus chriſti,quod per alterationē naturaliter fieri pōt (vt patet per Theoremata pręcedentia) & inductis accidentibus aliis,deſinit ibi eſſe corpus chriſti: quia corpus chriſti non eſt in hoſtia, niſi ꝙdiu ſunt ibi accidentia panis. In illo autem inſtanti,in quo deſinit ibi eſſe corpus chriſti,& ſunt corrupta accidentia panis,& ſunt ibi inducta alia accidentia, naturaliter abſq; miraculo incipit ibi eſſe materia,ex qua generantur vermes, & cineres,& cætera talia. Et quantū nobis occurrit, non ſolum eſt ibi miraculum ꝙ ſic ibi incipit eſſe dicta materia,ſed oppoſitum huius eſſe nō poſſet abſq; magno miraculo. Miraculum.n.eſſet,ſi non inciperet ibi eſſe materia. Poſſumus autē dicere, ꝙ quinq; ſunt ibi ſimul in tpe,& in eodem inſtāti:licet naturaliter ſe præcedāt. In eodem enim inſtanti ſunt plene corrupta accidētia panis, & ſunt introducta accidentia alia, & deſinit ibi eſſe corpus chriſti,& incipit ibi eſſe materia, & educitur de illa materia forma ſubſtātialis, vt forma vermis,& cineris: pp quod inde vermes & cineres & hmōi materiales ſubſtantiæ naturaliter & abſq; miraculo generanē. Hęc autē vt pateant, notandum, ꝙ naturaliter dr̄ aliquid fieri dupliciter:vel quia naturale agens illud efficit; vel qa natura,vt illud fiat, ſufficienter diſponit. Ignis enim ex igne naturaliter generatur, quia naturaliter forma ignis de materia educitur: ſic etiā homo ex homine naturaliter generatur. Non enim eſt artificiale nec ſupernaturale ꝙ homo generatur ab homine; & tñ natura non educit animam intellectiuam,per quam homo eſt homo,de potentia materię: ſed pro tanto dr̄ illa generatio naturalis, quia naturaliter diſponiē materia, vt ibi introducatur anima intellectiua. Quotiens.n.aliquod agens naturale ſufficiēter diſponitur,vt aliquid fiat,dr̄ illud naturaliter fieri,& non eſt miraculum quod fit: ſed eſſet miraculum,ſi nō fieret. Quantūcunq;.n. anima rationalis imediate ſit a Deo per creationem, materia tñ ſufficienter diſpoſita ad ſuſceptionē talis

Opinio ꝓpria.

Naturaliter aliquid fieri ē dupliciter.

formæ, non eſt miraculum ꝙ ei talis forma in-
funditur: ſed miraculum eſſet, ſi manente ea ſic
diſpoſita, non ſuſciperet talem formam. Quo-
tienſcunq; ergo aliquid ſecundũ naturam ſuã
& eſſe habet ordinem ad aliud, ſiue illud ſit im-
mediate a deo per creationem, ſiue nõ, non eſt
miraculum ſi eſt ei coniunctum: ſed potius mi-
raculum habet eſſe, ſi eſt ab eo ſeparatum. Si er
go poſſumus oſtendere, ꝙ naturaliter circa ſa-
cramentum altaris põt aliqua tranſmutatio cõ-
tingere, ſm quam aliquid inducitur, ꝙ non mi
nus habet naturalem ordinem ad materiam, q̃
habeant ſufficientes diſpoſitiones ad animã ra-
tionalem: ſicut ſufficientibus diſpoſitionibus in-
ductis in materia non eſt miraculũ, ſi in ea ani-
ma rationalis infundatur, & ſi ſolus deus poſſit
in productionem animę rationalis: ita per tranſ
mutationem naturaliter factam circa ſacr̃m alta
ris, inductis ibidem his, quæ non minus habẽt
ordinem & naturalem connexionem ad mate-
riam, quã habent illæ diſpoſitiones ad animam
rõnalem, naturaliter, & abſq; miraculo ibi habe
bit eſſe materia, non obſtante, ꝙ ſolus deus põt
in productionẽ materię, & materia ſolũ a deo
habet eſſe immediate per creationem, cętera au
tem agentia naturalia in ſuis actionibus mate-
riam præſupponunt. Aduertendum igitur, ꝙ
ſolis accidentibus panis datũ eſt eſſe ſine ſubie-
cto & ſine materia: & ideo quãdiu durant acci-
dentia panis (quia virtute diuina eſt eis collatũ,
ꝙ non actualiter materię inſint) abſq; nouo mi
raculo dicere poſſumus, ꝙ ibi nulla exiſtit ma-
teria, quæ ſit talium accidentium fundamentũ.
Miraculum .n. fuit, cum deus illis accidẽtibus cõ
tulit, ꝙ poſſent per ſe ſubſiſtere: pp quod illis
ſic exiſtentibus & permanentibus, quãdiu durat
eorum eſſe, ſi non ſit ibi materia, in qua funden
tur, non eſt nouum miraculũ; ſed totum inniti
tur miraculo primo, ſicut miraculum eſt ꝙ cæ-
cus reciperet virtutem viſiuam, ſed recepta vir-
tute viſiua, ꝙ videat, non vlterius habet rõnem
miraculi. Si ergo ſolis accidẽtibus panis eſt col-
latum ſine materia poſſe per ſe eſſe: cum natura
liter (vt ſuperius oſtenſum eſt) poſſint corrum-
pi accidentia panis, & induci alia accidẽtia: ſi in-
ductis accidentibus aliis, quibus non eſt collatũ
per ſe eſſe, ſed de ſe actualiter magis habent or-
dinem ad materiam vt fundent in ipſa, q̃ hẽant
diſpoſitiones ad aĩam rationalem, quia plus eſt
dependentia accidentis ad ſubiectum, q̃ ſit di-
ſpoſitionis ad formam: miraculũ eſſet, ſi ſtatim
talibus accidentibus inductis ſufficienter, non
eſſet ibi materia: ſicut miraculum eſſet ſi materia
ſufficienter diſpoſita, non infunderetur ei ratio
nalis anima. Eſt ergo rationalis anima per crea-
tionem, & tñ abſq; miraculo infunditur mate-
riæ ſufficienter diſpoſitæ, ſic cum corpus chri-
ſti deſinit eſſe ſub ſacramento, & ſunt ibi indu-
cta accidentia, quibus non eſt collatum per ſe
eſſe, abſq; miraculo eſt ibi materia: quia (vt di-

A ctum eſt) magis eſt eſſentialis ordo, & maior de-
pendentia accidentis ad ſubiectum, q̃ diſpoſitio
nis ad formam. Sed ſi ſic dicimus (qđ credimus
bene dictum) occurrunt nobis duo dubia.
Primò, quia dictum eſt omnia accidẽtia in quã
titate fundari, & dimenſiones determinatas fun
dari in dimenſionibus indeterminatis: ꝓpter qđ
ſolæ dimenſiones indeterminatæ ſunt ibi ſine
ſubiecto. Cum ergo virtus naturalis agentis nõ
ſe extendit ſuper dimenſiones indeterminatas:
ſed illæ dimenſiones ſemper videantur remane
re eædem per eſſentiam: aliter enim in ſacramẽ
to altaris non poſſent eſſe tranſmutationes na
turaliter factæ, quia tales requirunt ſubiectum
tertium. Si ergo illæ dimenſiones ſemper ma
nent, & ſolum iſtis collatũ eſt eſſe ſine ſubiecto,
B quia ſunt propinquiſſime naturæ materiæ; cæ
tera vero accidẽtia fundantur in illis, non vr̃, ꝙ
per aliquam tranſmutationẽ naturaliter factã
incipiat ibi eſſe materia, niſi hoc fieret miracu
lo, cum illæ dimenſiones, quibus collatum eſt
per ſe eſſe, ſemper maneant. Secunda dubitatio
eſt talis: quia agẽs naturale in ſua actione requi
rit tẽpus: in illo ergo inſtanti, in quo incipit ibi
eſſe materia (dato ꝙ hoc ſine miraculo fieri poſ
ſet) non induceretur ibi forma vermis, vel alte
rius ſubſtantiæ. Nõ ergo in illo inſtanti, in quo
ibi deſinit eſſe corpus chriſti, eſt ibi generatio
alterius ſubſtantię. Propter primum, notandũ,
quòd dimenſionibus illis indeterminatis datum
C eſt per ſe eſſe, inquantum ſubſunt accidentibus
panis, ſub quibus eſt corpus chriſti. Cum ergo
ibi deſinit eſſe corpus chriſti, & ſunt ibi inducta
alia accidentia ab accidentibus panis: non vlte
rius eis competit per ſe eſſe, niſi nouum miracu
lum fieret, & eis noua virtus, & noua potentia
ad per ſe exiſtendum diuinitus conferretur. Ad
formam autem arguẽdi dicere poſſumus, quòd
quodammodo dimenſiones illæ non manent:
nam ſicut cum ex aqua fit aer, dicitur totũ mu
tari in totum, vt patet per philoſophum primò
de Genera. & tamen manet materia aquæ. Dici T. cõ. 23.
tur ergo totum mutari in totũ, ſecundum vnũ
modum exponendi: quia licet maneat materia
aquæ, non tamen manet vt eſt aquæ, ſed vt eſt
D aeris: nihil enim manet aquæ vt aquæ eſt. Sic
cum facta eſt tranſmutatio in accidentibus pa
nis, ſub quibus eſt corpus chriſti, quòd inducta
ſunt ibi accidentia omnino contraria, ita quòd
ſi eſſet ibi panis ſubſtantia, non poſſet cum tali-
bus accidentibus remanere. Hac autem trãſmu
tatione facta, non remanet ibi aliquod accidẽs,
quod poſſit dici accidens panis, & illæ dimenſio
nes nullo modo remanent, vt panis ſunt. Non
enim poſſunt dici dimenſiones panis, quia fun-
dentur in panis ſubſtantia, quia ſubſtãtia panis
conuerſa eſt in corpus chriſti; nec pñt dici di-
menſiones panis, quia ſubſint accidentibus, quę
panis erant, quia talia accidentia immutata ſunt:
poſſunt ergo dici tales dimenſiones non rema
nere

nere, quia non remanent vt panis ſunt: & vt eis
erat collatum per ſe eſſe. Aliis ergo accidenti-
bus inductis, & illis dimenſionibus quodámo-
do aliis exiſtentibus, & ſi non quãtum ad eſſen-
tiam, tñ quantum ad eſſe, quod hñt ſub aliis ac-
cidentibus, non vlterius eis cõpetit per ſe eſſe.
Igitur pp naturalem ordinẽ, & dependentiam
incipiet ibi eſſe materia, nullo miraculo interue
niente; niſi forte ſic diceremus ibi eſſe miraculũ;
ſicut miraculum eſt cum anima rationalis mate
riæ diſpoſitæ infunditur: quod (vt dictum eſt)
non proprie habet rationem miraculi; immo ſi
oppoſitum eſſet, miraculum eſſet. Propter ſm
dubium notandũ, ꝙ tota cauſa, quare requirit̃
tps in actione agentis, eſt pp indiſpõnẽ materię.
In illo. n. inſtanti, in quo materia eſt ſummè di
ſpoſita, eſt inductio formæ: ſimul. n. eſt corru-
ptio vnius formę & introductio alterius. In illo
etiam inſtanti, in quo eſt ſũma diſpoſitio, vt ſuſci
piat materia aliã formã, eſt in ea ſũma indiſpoſi
tio ad formã, ſub qua eſt. & ecõuerſo, cũ eſt ſũmè
indiſpoſita reſpectu formę ſub qua eſt, ſũmè eſt
diſpoſita ad formã aliam, & hoc ideo quia gene
ratio vnius eſt corruptio alterius, & econuerſo.
Cum ergo non incipiat ibi eſſe materia, niſi qñ
ibi inducta ſunt accidentia contraria, cũ quibus
ſubſtantia panis ſtare non poſſet, in illo inſtan-
ti, in quo incipiet ibi eſſe materia ſub talibus ac-
cidentibus, eſt ibi ſumma indiſpoſitio reſpectu
ſubſtantiæ panis: & eſſet ibi corruptio ſubſtan-
tiæ panis, ſi panis ſubſtantiam inueniret. Et quia
eſt ibi ſumma indiſpoſitio ad illam formam, eſt
ibi ſumma diſpoſitio ad aliam, & quia nõ eſt da
re ſummam diſpoſitionem ſine introductione
formæ, bene dictũ eſt, ꝙ in illo inſtanti, in quo
ibi incipit eſſe materia, eſt ibi aliqua generatio
ſubſtantiæ, vt vermis, vel cineris, vel alicujus al-
terius. Ex hoc autem patere poteſt, qñ incipit
ibi eſſe materia: non. n. quælibet alteratio tollit
formam ſubſtãtialem; ſed debet eſſe paſſio & al-
teratio magis facta, vt abiiciat a ſubſtantia. Cũ
ergo facta eſt tanta variatio in accidentibus pa-
nis, ꝙ tali variatione facta, nõ poſſet ibi eſſe pa
nis ſubſtantia (propter quod merito dici põt, ꝙ
non ſunt ibi accidentia panis, quibus datum eſt
per ſe eſſe) tunc deſinit ibi eſſe corpus chriſti, &
tunc incipit ibi eſſe materia pp accidentia indu-
cta, quibus non eſt datum per ſe eſſe: ſed tanto
plus requirunt materiam, q̃ propriæ diſpoſitio
nes formam: quanto plus dependent & habent
eſſentialem ordinem ad materiam, q̃ diſpoſitio
nes ad formam. Ex hoc etiam põt patere, quãta
materia ibi incipit eſſe; quia dimenſiones illæ
indeterminatæ, per quas materia eſt tãta & tan
ta, licet non maneant vt ſunt panis, vel vt ſub-
ſunt accidentibus panis, ideſt, accidẽtibus, cum
quibus poſſet ſtare ſubſtantia panis, pp qđ vlte-
rius non cõpetit eis per ſe eſſe: & incipit ibi eſſe
materia, cum maneant ſemper eædem per eſſen
tiam: & quia per eas habet materia, quòd ſit tan

A ta: ideo tantũ ibi incipit eſſe de materia ſub for-
ma vermis, vel ſubforma alterius ſubſtantię ge
neratę, quanta erat materia ſub forma panis, an
tequã panis ſubſtantia conuerteretur in corpus
chriſti. Ex hoc etiam patere põt, quòd forma
vermis, vel alterius ſubſtantiæ ibi generatæ, nõ
educitur ibi de potentia alicuius accidentis, ſed
de potentia materiæ. Nam licet ibi ſimul tpe in-
cipiat eſſe materia & forma, tñ naturali intelligẽ
tia prius ſunt ibi accidentia requirentia materiã,
& poſtea ibi incipit eſſe materia, quę per illa ac-
cidentia eſt ſummè diſpoſita ad ſuſceptionem
alicuius formę, & deinde de materia ſic diſpoſi-
ta educitur forma ſubſtantialis competens tali
materiæ. Sunt ergo iſta in eodem inſtanti, & ſi-
B mul tpe, natura tñ non ſimul ſunt: ſed eſt ibi or
do modo quo dictum eſt; in via enim genera-
tionis naturaliter eſt ibi vltimo forma, licet in
via perfectionis, & complementi ſit econuerſo.
Ex hoc etiam patere põt: quare in ſacramento
altaris, in quo eſt tanta dignitas, pñt generari tã
vilia, vt vermes & putredines: quia in tranſmuta
tionibus naturaliter factis, deus ſe habet quaſi
vniformiter ad omnia, vt videtur dicere Diony
ſius. 4. de di. no. Influit. n. ſm diſpoſitionẽ mate
riæ, & cooperatur particularibus agentibus, ſe
cundum quòd requirit eorũ natura. Sic enim
animam rationalẽ infundit quibuſlibet corpori
bus ſufficiẽter diſpoſitis, non eliciendo, nec dif
ferentiam faciẽdo inter corpus ex legitimo ma
C trimonio, vel ex adulterio conceptum. Ideo nõ
immerito Dionyſius circa principium quarti
de di. no. aſſimilat deũ ſoli, qui non ratiocinans,
nec præeligens omnia illuminat. Sufficit enim,
vt aliquid illumineť, quòd directo aſpectu offe
ratur ſoli: nihil ad propoſitum, vtrum illud ob
latum ſit fex, vel aurum. Sic amotis panis accidẽ
tibus, & aliis inductis, quibus nõ competit per
ſe eſſe, deus ſubſternit materiam. Nam ſicut ma
teriæ requirenti formam deus inducit formã, &
ſi naturaliter diſponitur materia ad talem for-
mam abſq; miraculo eſt inductio talis formę; ſic
formæ requirẽti ſubiectum deus ſubſternit ma
teriam, & ſi naturaliter fit inductio talis formæ,
illa ſubſternatio materiæ miraculoſa nominari
D non debet. Non ergo præeligens deus, vtrum
illa accidentia, quibus ſubſternit materiam, di-
ſponant ad formam vermis, cineris, vel carnis;
ex quo ſingula accidentia alia ab accidentibus
panis in hoc conueniunt, quòd requirunt ſub-
iectũ: deus. n. ſingulis ſubſternit materiã, in qua
inducitur ſubſtantialis forma proportionata di
ſpoſitionibus illis. Ex hoc patet veritas propoſi
ti Theorematis, quia licet yle ſiue materia ſit
maximè generationis ſubiectum: quia ſolum de
potentia materiæ habet educi ſubſtantialis for
ma, ad quam terminatur generatio (nõ obſtan
te, quòd quãdiu eſt ibi corpus Chriſti, non eſt
ibi materia ſuſceptibilis nouæ formę; quia abſq;
miraculo cum ibi eſſe deſinit corpus chriſti, in-

cipit ibi eſſe materia ex qua poteſt educi ſubſtantialis forma) poterit ibi eſſe generatio, nullo alio miraculo contingente: quod declarare volebamus.

Propoſitio, XLVI.

POſt reſurrectionem & ante, corpus chriſti in hoſtia habet eſſe indifferẽter differens: indifferẽter quidẽ, quia ſemper impaſſibiliter eſt chriſtus in ſacramento: differens tamen, quia nunc impaſſibile corpus, quod ſumimus, cęnantibus diſcipulis paſſibile Chriſtus dedit.

Declaratio.

Solet a multis quæri quale corpus chriſtus tradidit diſcipulis cęnantibus, cum inſtituit hoc ſacramentum. Hugo autem videtur velle, ꝙ chriſtus diuerſis tẽporibus omnes dotes aſſumpſit: *8. par. de ſacram.* quia in natiuitate aſſumpſit ſubtilitatem, cũ irreſeratis virginis clauſtris exiuit de vtero virginis. In trãſfiguratione autem aſſumpſit claritatem. Et cum ambulauit ſuper mare, aſſumpſit agilitatem. Cum tradidit corpus ſuum cęnantibus diſcipulis ſub ſpecie panis, aſſumpſit impaſſibilitatem. Sed quõ intelligenda ſunt verba Hugonis, vt videamus, vtrum verum ſit ꝙ chriſtus tradidit cęnantibus diſcipulis impaſſibile corpus; notãdum, quod corpus chriſti, vt habet eſſe ſacramentaliter in hoſtia, & vt eſt localiter in loco proprio, nõ differt quãtum ad id qđ eſt, ſed quantũ ad modum exiſtendi: illud.n. idem corpus numero, qđ eſt in loco proprio localiter, eſt in hoſtia ſacramentaliter, licet aliter & aliter: quia (vt patet ex ſuperioribus) in loco proprio eſt ſubſtantia corporis chriſti mediante quantitate, ſed in hoſtia eſt quantitas mediante ſubſtãtia. Si ergo conſideratur corpus chriſti, vt eſt in hoſtia, & vt eſt extra hoſtiam, eſt indifferens differenter. Indifferens quantũ ad rem, quia eaſdem res cum eiſdem dimenſionibus, & cum eiſdem qualitatibus eſt in hoſtia, & extra hoſtiam: ſed differenter quantũ ad modũ, quia nõ habet eundem modũ exiſtẽdi hic & ibi. Sed licet chriſtus in hoſtia, & extra hoſtiam ſit differẽter indifferens, tñ vt fuit in hoſtia ante paſſionẽ, & vt eſt modo in hoſtia poſt reſurrectionẽ, non eſt differenter indifferens: ſed magis ecõuerſo indifferenter differens. Indifferenter.n. quantum ad modum, quia ſemp impaſſibiliter eſt chriſtus in hoſtia: differens tñ, quia tale eſt corpus chriſti in hoſtia, quale eſt extra hoſtiam. Si ergo añ paſſionem corpus chriſti erat paſſibile, paſſibile erat corpus quod exiſtebat in hoſtia. Nunc aũt quia illud corpus eſt impaſſibile, impaſſibile eſt corpus, quod nunc eſt ſub ſacrõ. Corpus chriſti ergo ante paſſionẽ fuit ſub ſpecie panis paſ-

A ſibile impaſſibiliter. Nunc autem ſub talibus ſpeciebus non ſolũ eſt impaſſibiliter, ſed etiã impaſſibile. Semper ergo impaſſibiliter, ſed non ſemper impaſſibile. Ergo ſemper indifferenter, ſed non ſemper indifferens: ſumendo dñiam large, prout paſſibilitas & impaſſibilitas dñiam faciunt. Si.n. clare itelligere volumus, quõ corpus chriſti ante paſſionem paſſibile, poterat eſſe ſub hoſtia impaſſibiliter, iuuamur ſi bene intelligimus, quõ corpus xpi, qđ eſt viſibile, põt eſſe ſub hoſtia inuiſibiliter: corpus.n. Chriſti, vt eſt ſub hoſtia (qa non eſt ibi mediantibus dimenſionibus propriis, vt ibi exiſtit: nec agit, nec patitur) non imprimit ſpeciẽ ſuã in oculo alterius, nec vt ibi exiſtit, in oculo eius imprimit̃ aliqua ſpecies: tñ, quia idem corpus eſt in hoſtia, & extra hoſtiam,
B dicebatur, ꝙ ſi chriſtus videt ſe extra hoſtiã, vi- *Prop. 17.*
det ſe etiam in hoſtia (non quia, vt in hoſtia exiſtit, ſuam ſimilitudinem recipiat, ſed quia eſt idẽ corpus in hoſtia, & extra hoſtiam) ſi informat̃ oculus chriſti ſimilitudine ſua extra hoſtiã, informabitur illa eadem ſimilitudine in hoſtia exiſtens, quia ex naturali concomitantia ſpẽs illa, quæ informat oculum chriſti extra hoſtiã, habet eſſe in oculo chriſti exiſtente in hoſtia. Sic ſuo modo corpus illud paſſibile impaſſibiliter erat in hoſtia: paſſio enim & dolor vĩ contingere ex diuiſione continui: chriſtus.n. vt exiſtit in hoſtia nec frangi, nec diuidi põt. Si.n. diuidis hoſtiam, non diuidis corpus chriſti, quia (vt ſupra oſtenſum eſt) ſic eſt totus chriſtus in hoſtia,
C ꝙ in qualibet parte hoſtię totus chriſtus exiſtit. Non ergo vulnerari, nec ſcindi põt chriſtus, vt exiſtit in ſacro. Dimenſiones.n. panis, ſub qbus eſt chriſtus, atteri & diuidi poſſunt. Sed pp talẽ attritionẽ corpus chriſti ſemper manet illeſum: verum quia idem corpus eſt in hoſtia & extra hoſtiam, quicũq; dolor eſt in corpore Chriſti extra hoſtiam, eſt in corpore chriſti in hoſtia. Sic ergo poteſt pati corpus chriſti in hoſtia nõ quia in ipſa hoſtia ei inferatur paſſio, ſed pp naturalem concomitantiam, ſi infertur paſſio corpori chriſti extra hoſtiã, illa paſſio habebit eſſe in corpore eius in hoſtia. Sicut ergo chriſtus ſe videt in hoſtia, quia ſe videt extra hoſtiam: ſic,
D cũ erat corpus eius paſſibile, poterat pati in hoſtia, ſi patiebatur extra hoſtiam. Ex hoc ergo põt intelligi dictũ Hugonis, quõ Chriſtus corpus impaſſibile dedit diſcipulis cęnantibus, quia illa impaſſibilitas non eſt referenda ad rem, ſed ad modum: paſſibile.n. erat corpus, quod diſcipuli ſumebant: ſed impaſſibiliter ſumebañ. Hæc autem expoſitio ſatis cõcordat cum verbis Hugonis, ſi diligenter conſiderentur dicta eius. Ait enim. 8. parte de ſacramentis, vbi iſtam qõnem pertractat, Quõ enim immortaliter nõ dabat, qui inuiſibiliter ſumebatur, & incorruptibiliter mãducabatur. Incorruptionem ergo & impaſſibilitatem non refert ad rem, ſed ad modũ. Ex hoc etiam patere põt, quõ intelligi debeat illud dictum

dictum cõmune, ꝙ chriſto exiſtẽti in hoſtia copulare poſſumus dolorem inatum non illatũ. Non enim hoc ſic intelligendũ eſt, ꝙ ſiquis inferret per vulnera aliquẽ dolorem chriſto extra hoſtiã ꝙ ille dolor nõ eſſet in chriſto in hoſtia. Sic .n. tam dolorem innatũ q̃ illatum debemus copulare chriſto exiſtenti in hoſtia. ſiue enim chriſtus doleret pp dolorem febrilem, vel pp aliquam paſſionem intrinſecus ortam: ſiue ꝓpter vulnera, & ꝓpter paſſionem extrinſecus illatam doluiſſet chriſtus extra hoſtiam, pp idẽptitatem corporis & naturalẽ concomitantiam dolor ille fuiſſet in corpore chriſti exiſtente in hoſtia. Sic ergo debemus intelligere, ꝙ chriſto exiſtenti in hoſtia non põt copulari dolor illatus, quia ei vt exiſtit in hoſtia nõ põt inferri dolor. Tñ ſicut ſi corpus chriſti fuiſſet reſeruatum in hoſtia, cum patiebatur in cruce, qñ ſeparata fuit anima a corpore eius in cruce exiſtente, fuiſſet ſeparata a corpore eius exiſtente in hoſtia, & cum fuiſſet mortuus in cruce, fuiſſet mortuus in hoſtia (non.n. eſt intelligibile, ꝙ idẽ corpus numero ſimul ſit mortuum & viuum, & ſimul ſit animatum & inanimatum) ſic omnis dolor qui ei inferebatur in cruce, fuiſſet in eo exiſtente in hoſtia. Differenter tñ, quia in cruce, vbi erat corpus paſſibile & paſſibiliter, fuiſſet in eo dolor per illationem: ſed in hoſtia, licet eſſet paſſibile: tñ, quia ibi erat impaſſibiliter, non fuiſſet ibi dolor per illationẽ, ſed per redundantiam: dolor enim illatus corpori exiſtenti in cruce ꝓpter idẽptitatem redundaſſet in corpore exiſtẽte in hoſtia. Patet ergo, quód chriſtus ſemper eſt in hoſtia indifferenter, quia ſemper impaſſibiliter: tñ aliquo modo eſt differẽs corpus chriſti exiſtens in hoſtia poſt reſurrectionem & ante paſſionem, quia nunc impaſſibile, tunc paſſibile: quod declarare volebamus.

Propoſitio. XLVII.

SIcut panis in corpus chriſti conuertitur, ſic vinum tranſubſtantiatur in ſanguinem, Iuuamur ergo per præcedentia Theoremata ad intelligendum, quomodo chriſtus exiſtit ſub ſpecie vini: quia per ea eſt aliqualiter declaratum, quomodo ſub ſpecie panis habet eſſe.

Declaratio.

Per præcedentia Theoremata, quibus oſtenſum eſt, qualiter corpus chriſti eſt ſub ſpecie panis, iuuamur ad intelligẽdum, qualiter eius ſanguis eſt ſub ſpecie vini: quia ſicut totum corpus chriſti eſt in tota hoſtia, & totũ in qualibet parte hoſtiæ per ſe: ſic totus ſanguis chriſti eſt ſub ſpecie vini, & totus ſub qualibet parte ſpecierũ vini. Et ſicut partes illæ, ſub quibus eſt corpus chriſti, non debent eſſe punctales, ſed debent

A eſſe tales, in quibus reſeruetur ſpecies panis, qꝛ in parte punctali hoſtiæ nec eſt corpus chriſti nec pars eius: ſic partes illę, in quibus eſt ſanguis chriſti, non pñt eſſe punctales, ſed oportet ꝙ in eis reſeruetur ſpecies vini: in parte enim punctali nec eſt ſanguis chriſti, nec pars ſanguinis. Et ſicut quantitas corporis chriſti eſt in hoſtia mediante ſubſtantia & non econuerſo, ꝓpter qđ corpus chriſti non eſt in altari mediantibus dimenſionibus propriis, ſed mediantibus dimenſionibus & accidentibus panis: ſic quantitas ſanguinis chriſti eſt in altari mediante ſubſtãtia ſanguinis & non econuerſo, & ſanguis chriſti non eſt ibidem mediantibus dimẽſionibus propriis, ſed per dimenſiones vini. Et ſicut corpus Chriſti, vt eſt in altari, diffinitur ſubſtantialiter, quia eſt ibi per eſſentiam, non tñ diffinitur localiter,

B qꝛ poteſt eſſe ſimul in pluribus altaribus: ſic ſanguis chriſti, vt eſt ſub ſacro, diffinitur eſſentialiter, quia eſt ibidem per eſſentiam: non tñ diffinitur localiter, quia ſimul in diuerſis altaribus eẽ poteſt. Et ſicut corpori chriſti exiſtẽti ſub ſacro competit ſitus, qui eſt differentia quantitatis, & non qui eſt prædicamentũ, quia competit ei ordinatio partium in toto, & non in loco: ſic ſanguini chriſti, vt eſt ſub ſacro competit ſitus, qui eſt differentia quantitatis, & non qui eſt prædicamentum, quia eſt in eo ordo partium in toto, & non in loco. Sanguis .n. chriſti, vt eſt ſub ſacramento, eſt quantus, quia ex naturali concomitantia quantitas illius ſanguinis concomitatur

C proprium ſubiectũ: nõ tñ eſt ibi dictus ſanguis quantitatiue, quia non eſt ſub ſacro mediante quantitate. Prout vero ſanguis hñs eſſe in altari ſacramentaliter dr̃ quantus, competit ei ordo partium in toto, qui eſt differentia quantitatis: ſed quia non eſt ibi quantitatiue, non competit ei ordo partium in loco, qui eſt prædicamentũ. Si ergo bene conſiderantur præcedẽtia Theoremata, in quibus declaratum eſt, quõ corpus Chriſti eſt ſub ſpecie panis, iuuamur per ea ad intelligendum, quõ ſanguis eius ſit ſub ſpecie vini. Sed forte videreť alicui, ꝙ ſanguis, vt eſt ſub ſacro, haberet ſpecialem difficultatẽ, quam nõ habet corpus chriſti, vt ſacramentaliter habet eſſe. Dicebatur.n. ꝙ corpus tripliciter ſumi poſ- Prop. 26.

D terat. Nam corpus vno modo dicebat ipſas dimenſiones: & ſic corpus eſt quantitas, & eſt directe in genere quantitatiſ. Secũdo modo, corpus dicebat materiam cum forma corporeitatis: & ſic corpus eſt in genere ſubſtantiæ ſm rectam lineam: corpus.n. ſic acceptum nominat mihi corpus ꝙ eſt genus, de quo eſſentialiť ꝑdicatť ſubſtantia, quæ eſt prædicamentum. Tertio modo, dicebat materiam organizatam, quæ nõ eſt in genere ſubſtantiæ ſm rectam lineam, ſed per reductionẽ. Eſt enim in tali genere, vt principium, non vt principiatum, nec vt cõpoſitum ex genere & differentia: principia.n. ſunt in genere per reductionem, quia per principiata.

De principiis.n.non prædicatur genus, ſed de
principiatis. De materia.n. ſiue accipiatur vt or
ganizata ſiue ſm ſe. non pōt prędicari ſubſtan
tia, quæ eſt genus ſiue quæ eſt prædicamentū;
ſed ſubſtantia, quę eſt anologum. Nam ſm ano
logiam tollentē rōnem generis prędicatur ano
logice ſubſtantia de materia, & forma, & cōpoſi
to. Si ergo ſic multipliciter poteſt accipi corpus
chriſti, ſm quam multiplicitatē iuuamur ad eua
dendum difficultates multas: quia de ſanguine
(vt vr̄) ſic diſtinguere non poſſumus, quia videt̄
incongruum, ꝙ ipſa materia ſanguis nominet̄:
videtur, ꝙ ſanguis, vt eſt ſub ſacr̄o, ſpecialem dif
ficultatem contineat: quia per multiplicitatē ſan
guinis ſignificatam forte non poſſemus difficul
tates effugere. Sed ſi intrinſecus cernitur veri
tas, non vr̄ alias difficultates habere hoc quam
illud: cum.n. diſtinguimus conuerſionem vini a
conuerſione panis, & dicimus, ꝙ panis conuer
titur in corpus, & vinum in ſanguinem, corpus
chriſti non debet ibi accipi ſm rōnem cōmunē,
quia ſic non diſtinguitur a ſanguine: ſanguis.n.
quoddā corpus eſt. Et vt tollatur ęquiuocatio,
dicamus, ꝙ panis conuertitur in carnem, & vi
num in ſanguinē. Verum eſt ꝙ panis in carnē
cōuertitur, ſm ꝙ plurima dicta ſanctorum hoc
teſtantur: immo ipſa euangelica veritas hoc ſo
Mat. 26. nare vr̄. Chriſtus.n. qui dicit diſcipulis ſuis acci
pite & manducate ex hoc oēs, Hoc eſt.n. cor
Ioan. 6. pus meum. ait, Niſi manducaueritis carnem filii
hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habe
bitis vitam in vobis. Corpus ergo chriſti ſumi
mus, & carnem eius manducamus. In corpus
chriſti panis conuertitur, & in carnem eius tran
ſubſtantiatur. Quæro ergo, caro chriſti, in quā
panis conuertitur, vtrum dicat materiam cū for
ma accidentali, vel dicat materiam cū forma ſub
ſtantiali, vel nominet ipſam materiā ſubiectam
formæ, & accidentibus carnis. Non pōt dici, ꝙ
dicat materiam cum forma accidentali, quia ſi in
tale cōpoſitum conuerteretur ſuba panis, tunc
aliquid eſſet conuerſum in accidentia corporis
chriſti; qd̄ eſt falſum. Dictum eſt .n. ꝙ hæc con
uerſio debet nominari trāſubſtantiatio, quia ſo
lum ſubſtantia in ſubſtantiam conuertit̄: in acci
dentia vero nihil eſt conuerſum. Si vero dicat̄,
ꝙ caro dicit quid cōpoſitū ex materia & forma
ſubſtantiali, oportet illam formā ſubſtantialem
eſſe id, per qd̄ caro eſt caro: quia ſi panis ſubſtā
tia conuerteret̄ in compoſitū ex materia & for
ma, & illa nō noīaret formam, per quā caro eſt
caro, pp talem conuerſionem dici non poſſet,
ꝙ aliquid eſſet conuerſum in carnē. Forma aūt
ſubſtātialis, per quā caro eſt caro, vr̄ eſſe anima.
Non.n poſſumus dicere, ꝙ forma ſubſtantialis,
dans carni eſſe, ſit forma pręcedēs oēm animā:
quia materia recipit ſubſtantiales formas ordi
natē. Siue .n. ponamus vnā ſubſtantialē formā
in compoſito, ſiue plures, vt ſaluet̄ ordo prædi
camēti, & forma generis & ſpeciei, oportet nos

A ponere aliquo modo pluralitatem formarū: ſi
ſed ponēdo vnam formā erit illa pluralitas ſm
rōnem, ponendo plures erit ſm eſſe. Qualiter
cunq; hanc pluralitatē ponamus, materia prius
recipit formas magis vniuerſales, & poſtea mi
nus vniuerſales, vt dicit Cōmentator. 2. metha. Com. 17.
Quod declarare & ſi vtile eſſet præſenti operi,
tm̄ breuitatis cauſa volumus ſilentio præterire:
Idem eſt ergo formam ſubſtantialē prius recipi
in materia & eſſe vniuerſaliorē. Si ergo forma,
per quā caro eſt caro, pręcedit vniuerſaliter ani
mam, prius eſt aliquid habere carnē, q̄ eſſe ani
matū: & vniuerſalior eſt forma illa, per quā ca
ro eſt caro, q̄ ſit anima. Quicquid ergo viueret,
B & quicquid eſſet animatū haberet carnem: qd̄
eſt falſum, immo, quia multa ſunt animata car
nem non habentia, vniuerſalior eſt anima ſim
pliciter ſumpta, q̄ ſit illa forma. In homine ve
ro, vbi congruentius eſt ponere vnam animā q̄
tres animas, quia ſi nō per eandem formā ſub
ſtantialem homo eſt homo, & corpus, vr̄ tamē
omnino eſſe tenendū, ꝙ per eandem formā, ve
per animā rationalem ſit homo, & viuat: nec vr̄
poſſibile, ꝙ remota anima rōnali homo poſſet
viuere: formaliter.n. illa anima, quæ dat homi
ni vitam, vr̄ omnino eſſe anima rōnalis: qa crea
uit deus hominē de limo terrę, & inſpirauit in Gen. 2.
eum ſpiraculū vitæ, & factus eſt homo in aīam
viuentem: Per creationem ergo eſt anima, qua
homo viuit: & ſi ante infuſionem animæ rōna
C lis apparent in embrione opa vitæ, vel hoc eſſe
videtur per aliquā virtutem immiſſam ab anima
matris, & a virtute in ſemine patris; vel ſi eſt per
animam vegetatiuam diſtinctā ab anima matris,
quod a multis forte nō indocte tenetur, vr̄ ꝙ
oportet animā illam cedere in potentia materię
adueniente intellectiuo, quod dat homini vitā.
Et ſi per eādem animam homo eſt homo, & vi
uit: multomagis per eādem animam eſt homo,
& eſt animal: extrema.n. non vniuntur, nec poſ
ſunt fieri idem, niſi & medium ſit idem cū extre
mis; cum forma viui ſit ſupra forma animalis, &
forma animalis ſit cōmunior q̄ forma humana,
non vr̄ poſſibile, ꝙ homo per eandē formā ſit
homo, & viuat: & tm̄ per eandem formam non
D ſit homo, & animal. Ex hoc autem videt̄ ſequi,
ꝙ forma ſubſtantialis, per quā caro hominis eſt
caro, ſit anima rationalis, nam forma illa eſt in
tra viuū .n, non autē poteſt dici ꝙ ſit infra aīam
rationalem, cum anima rōnalis ſit forma ſpeci
fica. Si ergo anima rōnalis eſt eadem cū forma
viui, quæ vr̄ eſſe magis extrema, vt videtur, erit
eadē cum forma carnis. Cum ergo in animam
rōnalem nihil cōuertatur: quia anima eſt in ſa
cramento altaris ex naturali concomitantia, nō
ex vi ſacramenti, & caro dicit quid compoſitum
ex materia & forma, quæ eſt anima: in talem car
nem nō conuertetur ſubſtantia panis. Vr̄ ergo,
ſi argumenta prædicta efficaciam habent, ꝙ ca
ro dicat ipſam materiam ſubiectā formæ & ac
cidentibus

accidentibus carnis. Quicqd ergo inter tot diuerſitates dicemus, ſiue vnã formã ponamus in cõpoſito, ſiue plures, intelligere tñ quõ ſubſtantia panis cõuertat̃ in carnẽ chriſti, difficultatẽ habet. Et quia cõiter ponitur, ꝙ ſiquis ſacrificaſſet in illo triduo, in quo fuit anima xp̃i a carne ſeparata, fuiſſet ſub ſacro caro mortua, & caro ſine anima: hoc eſt, qđ maxime auget qõnis difficultatem. Volunt .n. doctores ſaluare idẽptitatem corporis chriſti mortui & viui, pp idẽptitatem formæ ſubſtantialis. Dicunt .n. corpus chriſti non per eandem formã eſſe corpus & viuere: ideo remota forma viui, remanet corporeitas: & eſt idem corpus mortuũ & viuum ꝑpter eandem corporeitatem. Nũquid de carne hoc poterimus dicere, ꝙ in carne mortua remanet formã ſubſtantialis, per quã caro eſt caro, quod nullo modo vr̃: forma .n. viui (vt oſtenſum eſt) vniuerſalior eſt & prior ꝙ̃ forma carnis: amoto aũt priori & magis vniuerſali, non videt̃ conueniens, ꝙ remaneat poſterius & minus vniuerſale. Si ergo remanet viuum, vr̃ ꝙ non remaneat caro, niſi forte ęquiuoce, vt ſi ſub alia rõne caro accipiatur. Videtur ergo ſequi, ſecundũ hunc modũ dicendi, quòd corpus chriſti mortuũ & viuum ſit idem corpus numero, & dicat̃ vniuocè corpus; caro vero chriſti mortua & viua ſit alia & alia caro numero, & dicitur caro ęquiuocè, vt quod ſit caro vniuoce, in qua eſt anima: æquiuocè, in qua fuit anima: id vero, in quo nec eſt anima, nec fuit anima, nec eſt caro vniuoce, nec æquiuoce. Qui modus, ſi bñ conſiderat̃, & ſi non probat qđ cõcluſum eſt, nõ irrefragabiliter oſtẽdit ꝙ forma, per quam caro eſt caro, eſt infra formam viui. Concedemus igit̃ tam abſurdè dictũ, quòd ſiquis in illo triduo ſacrificaſſet, ſubſtantia panis fuiſſet conuerſa in idem corpus numero: ſed non in eãdem carnem numero. Quõ has difficultates euadere poterimus. Si poneremus vnam formam in cõpoſito, dicendo, quòd ipſi ſuppoſito competit eſſe ſimpliciter: & poneremus, quòd ex ſuppoſito & exypoſtaſi debet accipi idẽptitas numeralis, ita ꝙ quãdiu adeſt in eodem ſuppoſito, tãdiu eſt idẽ numero, forte facile eſſet euadere difficultates tactas. Nam ſic, caro chriſti mortua & viua, & corpus eius mortuum & viuũ eſſet idem numero pp idẽptitatem ſuppoſiti: quia vnio Verbi ad carnem nunꝙ̃ fuit ſeparata. Et ſi quęreretur qđ nominaret caro: diceretur ſm hunc modum dicendi, quòd caro, vt dicit partem compoſiti, dicit ipſam materiam ſubiectã formæ & accidentibus carnis: ſicut corpus dicebat materiam organizatam. Nam caro, & ſanguis, & oſſa & hmõi partes corporis organizatæ dupliciter pñt conſiderari: vel vt ſunt nomina ſubſtantiarũ, vel vt ſunt nomina organorum & officiorũ. Secũdũ quòd nominant ſubſtantiam, eadẽ forma informantur: eadem .n. anima rõnalis eſt in qualibet parte corporis, dans eſſe cuilibet parti. Secun-

A dum verò quòd ſunt nomina organorũ & officiorũ, perficiuntur per accidentales formas. Nã licet oculus habeat eſſe ab anima vt eſt quædam ſubſtantia, ſicut dolabra habet a forma ferri vt eſt res naturalis: tñ cum oculus eſt quoddã organum, & eſt nomen officii, habet eſſe a forma accidentali: quia virtus viſiua, quę eſt quoddam accidens, accipiendo accidens, ſm quòd accidens includit nouem genera, eſt forma oculi, ſicut dolabra, vt eſt quoddã organũ artis, cõſtituitur in eſſe per formã accidentalẽ: omnes .n. formæ artificiales ſunt accidentia, vt dicit Commentator in .2. phyſicorũ. *2. phyſi. c. 13.* Ideo dictum eſt, ꝙ ſi oculus eſſet anima, viſus eẽt forma eius: *8. Metaph. c. 9.* & qđ dictũ eſt de oculo põt intelligi de carne, & de aliis *12. Metaph. c. 14.* partibus corporis. Caro ergo, vt diuidit̃ contra

B animam, & vt dicimus quòd eſt homo cõpoſitus ex carne & anima (q̃ ſic de carne loqui intendimus) non includit animam: ſm quam acceptionem dupliciter põt ſumi, vel vt eſt nomen ſubſtantiæ, vel vt eſt nomen officii: vt eſt nomẽ ſubæ, dicit materiam ſubiectam animę rõnali, ſiue formæ ſubſtantiali: vt eſt nomen officii, dicit materiam ſubiectã formis accñtalibus. Et quia in quibuſdam accidentalibus conueniunt caro mortua & viua, licet non conueniant in forma ſubſtantiali: ſi ponamus vnã formam ſubalem in cõpoſito, caro mortua & viua eſt aliquo modo caro vniuoce. pp vniuocationem & vnitatẽ aliquorũ accidentium. Hæc aũt vniuocatio nõ

C eſt omnino deſpicienda, cũ a forma accidentali ſumi poſſit nomen carnis. Si ergo quærat̃, ponendo vnam formã, quid nominat caro, in quã conuertitur ſuba panis: plana eſt rñſio, quia dicit ipſam materiam ſubiectã formæ & accidentibus carnis: licet .n. nõ diuerſificet eſſentiam materiæ conſiderare materiã ſm ſe, & vt eſt ſubiecta tali & tali formę: tñ quantum ad eſſe, & quãtum ad modũ exiſtendi eſt magna diuerſitas. Secundũ ergo hũc modũ dicẽdi, nunꝙ̃ caro dicit ipſam materiã p ſe, ſed dicit materiã vt cõpetit ei quidã modus, quẽ acquirit vt eſt ſubiecta formæ & accidentibus carnis: qui modus ſupra naturam materię nullam addit eſſentiam. Nam (vt ſupra tangebatur) ſi aliquid conuerteret̃ in albedinem exiſtentem in pariete, & ſi non eſſet con-

D uerſum niſi in ſolam eſſentiã albedinis; in talem tñ albedinem cõuerteret̃, qualẽ inueniret: ꝑpter qđ licet albedo de ſe non dicat quid extenſum, illud tñ eſſet conuerſum in aliquod, qđ habet partes: & ſi eſſet albedo illa magna, conuerſio eſſet facta in aliquid magnum: & ſi eſſet parua, in aliquid paruum. Sicut ergo aliquid põt conuerti in albedinem abſq; eo quòd cõuertatur in ſuperficiem, & tñ aliud eſt conuerti in albedinẽ magnam, & aliud in paruã: ſic aliquid põt conuerti in materiam ſubiectã animæ rõnali & accidentibus, qđ non conuertit̃ in rõnalem aĩam nec in accidentia. Et quia alium & alium modũ habet materia, vt alii & alii eſt ſubiecta, rõne hu-

ſus ſuperadditi, poteſt aliud & aliud nomen for A
tiri: eſt.n. aliud conuerti in materiam ſubiectam
vni, & aliud in materiam ſubiectam alii. Sicut er
Prop. 26. go ſupra oſtēſum fuit, qđ ſola materia poterat
dici corpus prout cōpetit ei quidā modus quā
titatiuus; qui naturam nullā addebat ſupra na
turam materię: ſic vr̄ quod ſola materia, poſſit
dici caro & ſanguis, prout additur ei quidā mo
dus, quem acquirit materia, prout eſt ſubiecta
formæ, & accidentibus carnis & ſanguinis: licet
nō ſit nobis ſpecialiter nominabilis ille modus;
diuerſificatur tñ talis modus pp̄ter diuerſitatem
formæ & accidentium, quibus materia ſubiicit.
Si.n. caro eſt caro pp animam, & caro per ſe lo
quendo, & ſm quod hmōi non dicit materiam
cum alia forma ſubſtantiali, cum formaliter & B
per ſe non habeat aliam formam, qua ſit caro:
caro ergo vt eſt pars eſſentialis animalis, quia
animal diuiditur in animam & carnem, vel dicit
materiam ſm ſe, vel vt competit ei quidam mo
dus, quē acquirit vt eſt ſubiecta animæ & acci
dentibus carnis: vel caro in ſui ſignificato inclu
dit animam, & dicit quoddā totum, vel etiā in
cludit ipſa accidentia. Non poteſt dici, ꝙ caro
dicat ipſam materiā ſm ſe, quia cum vna ſit ma
teria omnium hñtium eam, omnia generabilia
haberent carnem; qđ falſum eſt. Nec pōt dici,
ꝙ caro dicat quoddā totum ad animam; & ad
id quod animę ſubiicitur: cū caro ſit pars eſſen
tialis animalis, diuiſa cōtra animam. Nec etiā dici
poteſt, ꝙ caro in ſuo ſignificato includit ipſa ac
cidentia, cū accidentia nō poſſint eſſe pars eſſen
tialis ſubſtantiæ. Relinquitur ergo, ꝙ caro dicat
ipſam materiam, vt induit quendā modum, quē
acquirit, vt eſt ſubiecta formæ & accñtibus car
nis: qui modus per ſe loquendo nullam eſſentiā
addit ſupra naturam materiæ, vt pluries dictum
eſt. Hoc aūt poſito, non vr̄ habere difficultatē
intelligere, q̄uo ſubſtantia panis cōuertit in car
nem chriſti; & q̄uo vinum in ſanguinem, & q̄uo
vna conuerſio differt ab alia: & q̄uo per neutrā
conuerſionē conuertitur aliquid in animam ra
tionalem vel in accidentia; ſed in id quod ſubii
citur animæ rōnali & accidentibus: & etiam ap
parere poteſt, q̄uo ſi aliquis ſacrificaſſet in illo
triduo, confeciſſet carnē eandem numero pp D
idēptitatem ſuppoſiti, & confeciſſet eandem car
nem vniuoce aliquomodo, non ſolū pp̄ter idē
ptitatē materiæ, ſed etiam pp idēptitatem ipſius
modi additi materiæ, rōne cuius recipit nomen
carnis. Donec.n. peruentum ſit ad incineratio
nem, vel ad plenam corruptionē, ſemper ibi po
teſt eſſe caro vniuoce pp vnitatem modi exiſtē
di. Sicut.n. manet qualitas ſimbola in re genera
ta & corrupta: ſic manet ille modus vniuocus
in re generata & corrupta. Non ergo ſimplr̄
tollitur ille modus vſq; ad incinerationē vel ad
perfectam corruptionem, ad quam cū peruen
tum eſt, licet maneat materia, nō tñ meretur no
men carnis: quia non vlterius ei cōpetit ille mo

A dus exiſtendi, per quem dr̄ caro. Et qđ dictū eſt
de carne, intelligendum eſt de ſanguine. Videt
ergo, ꝙ ponendo vnam formam in cōpoſito,
eſt facile ſuſtinere pp̄oſitū. Tñ quia de veritate
huius non conſtat, huic poſitioni non aſſentio.
Sufficit mihi ſcire, quod panis conuertit in ve
ram carnem chriſti, & in verum corpus eius, in
illud, qđ fuit formatū ex ſanguinibus virginis,
qđ fuit immolatum in cruce: & vinum conuer
titur in verum ſanguinem, qui pro redēptione
generis humani fuit effuſus. Cui hoc non ſuffi
cit cum freno fidei, quærat vlterius; mihi autē
hoc ſufficit. Nam vt dixi, & iterum iterare non
piget. Malo in ſimplicitate mea manere, q̄ de ar
duis temere iudicare. Tm̄ tamen pōt eſſe per ha
B bita manifeſtum, quod per Theoremata præce
dentia, per quæ eſt aliqualiter declaratum cor
pus chriſti eſſe ſub ſpecie panis, iuuamur ad in
telligendum, quomodo ſanguis eius eſt ſub ſpe
cie vini: quod declarare volebamus.

Propoſitio. XLVIII.

Accidētia panis & vini, ſub
quibus eſt totus Chriſtus,
non fundantur in ſubſtan
tia aliqua: poſſunt tamen
ad generationem ſubſtantiæ materiā
immutare.

Declaratio.

C Videret aliquibus forte irrationabile eſſe, ſi ac
cidentia panis & vini, ſub quibus exiſtit corpus
& ſanguis chriſti, poſſint immutare materiā ad
generationem ſubſtantiæ. Non.n. vr̄ præter rō
nem eſſe, ſi dicta accidentia immutant materiā
ad generationem accidentalis formæ, quia acci
dentia non agunt vltra ſuam ſpēm; ſi formā ac
cidētalem inducunt: ſed ſi inducunt ſubſtantia
lem formam, vñr tranſcendere modū propriæ
virtutis & propriæ ſpeciei: nihil.n. agit vltra ſpe
ciem ſuam in virtute pp̄ria, niſi agat in virtute
alterius; ideo accidentibus non cōpetit trāſmu
tare materiam ad generationem ſubſtantię, niſi
in virtute ſubſtantialis formæ. Cum ergo acci
dentia illa, ſub quibus eſt corpus & ſanguis chri
D ſti, non fundent in aliqua ſubſtantia, non pote
runt agere in virtute alicuius ſubſtantialis for
mę: poterunt ergo immutare materiam ad ge
nerationem formæ accidentalis, non ſubſtantia
lis. Si ergo aliqua gutta aquę permiſceat accidē
tibus illis, ſub quibus eſt ſanguis chriſti, poterit Aeg. de celeb.
illa aqua (vt vr̄) alterari ſolum, ſed nequaquam Miſſ. par. 2.
corrumpi; vel ſi illa aqua corrumpi poteſt, & ex
ea aliquid generari, hoc erit in virtute ſubſtan
tialis formæ: quia vr̄ valde mirabile, ſi vna gutta
aquæ immiſceretur accidētibus vini in magna
quantitate, quod illa accidētia nō poſſent aquā
corrumpere; immo, quia alteratio magis facta
abiicit a ſubſtantia; ſi illa accidentia pñt aquam
alterare, poterunt eam corrūpere. Dandus eſt
ergo

ergo modus, ne ſenſus negetur, quõ illa accidẽtia pñt immutare materiam ad gñationem ſubſtantię. (Prop. 45.) Poteſt enim eſſe per habita manifeſtum, qualiter in ſacrõ altaris poſſit eſſe generatio paſſiue: vt quia nullo miraculo contingente, põt ibi redire materia, de qua põt forma ſubſtantialis educi. Non tñ eſt per dicta pateſactum, qualiter ibi eſſe poſſit generatio actiue, ſiue qualiter accidentia illa pñt immutare materiam ad gñonem ſubſtantiæ: cum hoc efficere non cõpetat accidentibus, niſi in virtute ſubſtantiæ: illis autẽ accidentibus nulla ſubſtantia eſt ſubiecta. Notãdum ergo, ꝙ licet accidentia non poſſint in generationem ſubſtãtiæ, niſi in virtute formę ſubſtantialis, non tñ oportet accidentia ſemper eſſe coniuncta illi formæ ſubſtantiali, in cuius virtute faciunt ad gñonem ſubſtantiæ: videmus. n. ꝙ naturaliter Leo Leonem generat, & animalia perfecta ſibi ſimilia pducunt: virtus aũt, exiſtẽs in ſemine Leonis, nõ põt diſponere materiam, vt ſit ſuſceptibilis animę Leonis, niſi hoc agat in virtute ipſius formæ Leonis, ſiue animæ eius. Et licet virtus, exñs in ſemine Leonis, non poſſit diſponere materiã vt ſit ſuſceptibilis animæ Leonis, niſi hoc agat in virtute ipſius formæ Leonis, ſiue animæ eius: & licet virtus exiſtens in ſemine maſculi, faciat ad gñonem fętus put agit in virtute animæ patris: non tñ illa virtus eſt cõiuncta illi formæ, vel illi animæ, quia ſemen, in quo eſt talis virtus, eſt aliquid diuiſum & ſeparatum a patre. Dicunẽ ergo accidentia facere ad generationẽ ſubſtãtiæ in virtute ſubſtantię: nõ quia ſint coniuncta illi ſubſtantię, in cuius virtute hæc agunt: ſed quia a forma ſubſtantiali hñt, quod poſſint in gñonem ſubſtantiæ. Poterunt ergo accidentia vini corrũpere liquorem eis immixtum & generare inde ſubſtantiam aliã, quia (1. de Gen. t. 17. et 18.) corruptio vnius eſt generatio alterius: & gñonem illius ſubſtantiæ facient in virtute formæ ſubſtantialis vini, non qa illi formæ ſint cõiuncta, cum forma vini non maneat: ſed quia (cum orta ſunt accidentia illa ex principiis vini) acceperunt a forma vini, vt poſſent immutare materiam ad gñonem vini. Cũ igitur non efficiant generationem vini, niſi in virtute illa, quam acceperunt ab illa forma, adhuc dñr agere in virtute formæ vini, non obſtante, ꝙ forma illa nõ maneat: ſicut, quia virtus in ſemine patris dr̃ accipere ab anima patris, ꝙ poſſit diſponere menſtruum ad ſuſceptionẽ animæ, dato ꝙ tpe illo, quo mater eſt prægnãs, pater decederet, adhuc ſemen dr̃ agere in virtute animæ patris, non qa pater ſit, ſed quia eſt in ſemine illa virtus, quam accipit ab anima patris, in cuius virtute diſponit materiam. Ex hoc autem patere põt, cum apponitur aqua, vel alius liquor inter accidentia vini, ſub quibus eſt ſanguis chriſti, verũ generetur inde ſanguis, vel vinũ. Nam accidentia illa, quę immutant materiam ad ſuſceptionẽ formæ, nõ acceperunt virtutem agendi ex principiis ſan-

A guinis, ſed ex principiis vini: & nõ agunt in virtute ſanguinis, ſed in virtute vini. licet. n. ſub ſpeciebus vini ſit ſanguis chriſti cum omnibus ſuis accidentibus, tñ accidentia ſanguinis nõ ſunt ibi modo, quo poſſint immutare materiam. Et qa tota illa tranſmutatio fit ab accidentibus vini, nequaquam ille liquor, admixtus accidẽtibus illis, accipiet formam ſanguinis, ſed formam vini. Immò ex hoc ipſo, quod ex tali actione non generatur ſanguis, ſed vinum, vt Sãctorũ auctoritates teſtantur, patet, quõ illa accidentia dicuntur agere in virtute formæ ſubſtantialis; quia talia accidentia ex principiis vini orta acceperunt a forma vini, vt poſſent immutare materiã ad ſimilem formam. Poſſet autem aſſignare alia ratio, quõ accidentia illa, cum non fundenẽ in ſubſtãtia, pñt diſponere materiam ad gñationem ſubſtantiæ. B Ad cuius euidentiam ſciendũ, ꝙ ad generationem animalium perfectorũ non ſufficit corpus ſupercęleſte, ſed oportet gñationem illam antecedere animal ſimile in ſpecie. Nam ſi ſol generat vermes & mures, & eſt pater plantarum; homo generat hominẽ ex materia, & ſol; vt dr̃. 2. phyſicorum; & pari ratione Leo generat Leonem ex materia & ſol. (T. cõ. 26.) Sed imperfecta & inanimata non ſolũ fiũt a ſibi ſimili, ſed ẽt a ſole; ignis. n. non ſolum fit ab igne, ſed etiam a motu; motus. n. in virtute corporis ſupercęleſtis facit ad generationem ignis. Accidentia ergo vini poterunt immutare aquam ad ſuſceptionem formæ vini, tum quia remanet eis virtus, quam C acceperũt a principiis vini, in cuius virtute hoc aguntur: tum quia hæc efficiuntur in virtute corporis ſupercęleſtis, quod ſufficit ad productionem formæ vini mediante alteratione, quã exercent accidentia vini ſuper liquorem immixtũ. Patet ergo, ꝙ non obſtante, ꝙ accidentia vini non fundantur in ſubſtantia aliqua: poſſunt immutare materiam ad generationem ſubſtantiæ: quod declarare volebamus.

Propoſitio. XLIX.

NOn obſtante, quod fuit communis philoſophorum ſententia, non eſſe poſſibile accidentiũ mixtionem: poterit tamen accidentibus vini liquor aliquis immiſceri. D

Declaratio.

Fuit autem cõis philoſophorum ſententia, ꝙ paſſionum & accidẽtium non eſt poſſibilis mixtio, vt oſtendit philoſophus primo de Generatione, cap. de mixtione. (T. com. 83.) Sed ſi conſideratur eorum motiuum, & ex qua radice dictus ſermo puenit, non obuiatur catholicæ veritati, qua dicimus, ꝙ conuerſione facta, accidentia vini remanent ſine ſubiecto, quibus poteſt liquor aliquis immiſceri: nã cauſa, quam tangit philoſophus,

quare accidentium non eſt mixtio, ſumitur, q̃a non habent per ſe eſſe: vnde cap. de mix. ait, ꝙ neq; album, neq; diſciplinam, neq; aliquod inſeparabilium contingit miſceri: & ſubdit cām. quia oportet vtrũq; mixtorũ vel miſcibilium ſeparabile eſſe, paſſionum autem (vt ait) nulla eſt ſeparabilis. Tota ergo cauſa, quare accidentia miſceri non pñt. eſt, quia ſunt inſeparabilia: ſed ſi haberent eſſe ſeparatum, miſceri poſſent. Liquor ergo aliquis miſceri poterit ſacramento altaris, non ꝙ miſceatur ſanguini, ſed miſcebit̃ accidentibus vini, vt Innocentius dicit. Sunt.n illa accidentia ſeparata, immo eorũ poterit eſſe mixtio. Non aũt miſcetur liquor ſanguini, quia nõ fit mixtio, niſi diuiſibilium; ideo circa finem primi de Gene. dicit̃, quæ ſunt diuiſibilia ſunt bene miſcibilia. Cum ergo ſanguis chriſti non ſit ſub ſacro diuiſibiliter, quia ſi diuidant̃ accidẽtia illa, ſub quibus eſt ſanguis chriſti, ſub qualibet parte erit totus ſanguis; accidentia ergo vini miſceri pñt, quia ſunt ſeparabilia & per ſe exiſtentia: ſed non ſanguis. Sed ſi ſic dicimus, qđ credimus bene dictum, duo dubia nobis occurrunt. Primo, quõ fieri poſſit talis mixtio, cum vnum & idem non poſſit habere eſſe ſeparatũ & inſeparatũ. Si n. liquor miſcetur liquori, ex illis mixtis fit vna ſuperficies: ergo ſi miſceret̃ aliquis liquor illis accidentibus, fieret ibi vna ſuperficies ſine ſubiecto, & in ſubiecto. Sine ſubiecto, quia eſſet ſanguinis contentiua; in ſubiecto, q̃a fundaretur in ſubſtantia vini. Secundo, occurrit dubium, vtrũ per ammixtionẽ alterius liquoris ibi eſſe deſinat ſanguis chriſti. Primum dubium de facili ſoluitur: quia non eſt inconueniens, ꝙ idem ſm diuerſas partes poſſit eſſe affirmatio & negatio. Eadem. n. ſuperficies ſm vnam partem põt eſſe alba, & ſm aliam nigra: pp quod erit alba & non alba, & nigra & non nigra: ſed nõ ſm idem. Sic, vt cõiter ponitur, ſi liquor admiſceat̃ accidentibus illis, & fiat inde vna ſuperficies, erit ſuperficies illa in ſubiecto, & nõ in ſubiecto: ſed non ſm idem: ſed quantũ ad vnam partem erit in ſubiecto, quantũ ad aliam, non. Scđm vero dubium ſic ab aliquibus ſoluit̃: quia cum aliquis liquor immiſcet̃ accidentibus illis, deficit ibi eſſe ſanguis, ſm ꝙ liquor appoſitus attingit: pp qđ ſi ſit tantus liquor, qđ poſſit attingere omnia accidentia iſta, nullo modo erit ibi ſanguis Chriſti. Si vero non ſit liquor ille in tanta quantitate, ꝙ attingat ad omnia accidentia, ſed ad aliquã partem, deficiet eſſe ſanguis chriſti in illa parte, vbi attingit ille liquor. Sed iſtud non vr̃ poſſe ſtare: q̃a ſi ſm quod attingat liquor appoſitus, ſic deſinit ibi eſſe ſanguis, cum ſemper liquor appoſitus aliquid attingat, ſemper in aliqua parte deſinit ibi eſſe ſanguis: pp qđ augmentatus erit liquor in quo non eſt ſanguis: & quia augmentatus plus põt attingere de accidentibus illis, ſub quibus eſt ſanguis, ad vltimũ locum attinget, & ſub omnibus illis accidentibus deſinet eſſe ſanguis. Si ergo tanta eſſent illa accidentia, ſub quibus eſt ſanguis chriſti, quod repleret̃ vnum dolium: ſi apponeret̃ vna gutta vini, vel alicuius alterius liquoris ſub omnibus illis accidentibus, deſineret eſſe ſanguis chriſti: quod vr̃ abſurdũ. Notandũ ergo, quod ſanguis chriſti eſt ſub ſacramento altaris, quãdiu eſt ibi ſpecies illius vini, ſub qua eſt dictus ſanguis: tot ergo modis põt ibi deſinere eſſe ſanguis chriſti, quot modis põt tolli ſpecies illius vini. Scđm aũt quod ſpectat ad pñs, aliquid põt corrumpi dupliciter, vel per contrariũ, vel per diuiſionẽ materię: dupliciter. n. põt corrumpi caro vel aqua, vel p actionem contrarii, vt ſi contrariæ qualitates carnis, & aquę inducerent̃ in materiã, in qua eſt aqua, vel caro: vel per diuiſionem materiæ, quod ita modicum acciperetur de materia, quod ibi ſaluari non poſſet ſpecies aquæ vel carnis. Sic etiã dupliciter tolli poteſt ſpẽs illius vini, vel per cõtrariam actionem, vt ſi introducant̃ ibi cõtraria accidentia accidẽtibus vini: vel per diuiſionem, vt ſi adeo modicum acciperet̃ de illis ſpeciebus, quod ibi ſaluari nõ poſſet ſpecies vini: quocũq; aũt iſtorum modorũ fieret ibi eſſe deſineret ſanguis chriſti. Cum ergo aliquis liquor admiſcet̃ accidentibus illis, vel eſt ſimilis, vel contrarius: ſi ſimilis non poterit ibi deſinere ſpecies vini p actionem contrariam, quia agens & patiens in principio diſſimilia eſſe debẽt: poterit tñ ibi deficere ſpecies vini per diuiſionem continui, q̃a ſi intra liquorem appoſitum accidentibus illis ſub q̃bus eſt ſanguis chriſti, includeretur adeo modicum, quod ibi non poſſet reſeruari ſpẽs vini, in illa parte deſineret eſſe ſanguis chriſti: nec valeret obiectio, qđ per appoſitionẽ ſimilis liquoris nõ poſſet adeo modicũ de accidentibus illis includi in liquore appoſito, ꝙ eſſe deſineret vini ſpecies: quia nõ poſſet eſſe liquor appoſitus ſimilis, niſi illud poſitum eſſet vinum. Intra vinum aũt non põt adeo modicum vini includi, quod ſpẽm vini deſerat. Nã ſanguis Chriſti eſt ſub ſpeciebus aliquibus determinatis: pp quod non ſufficit, quod ibi remaneat ſpẽs vini, vt ibi ſit ſanguis chriſti: ſed requirit̃, ꝙ remaneat talis ſpẽs vini, vt ſpẽs illius vini, qđ cõuerſum eſt in ſanguinẽ chriſti cõſeruari poſſit. Licet ergo nõ poſſet adeo modicũ de illis accidẽtibus includi intra liquorem ſimilem appoſitũ, ꝙ ibi eſſe deſineret ſpecies vini, poterit tñ ibi eſſe deſinere ſpecies talis vini, qđ ſufficit, vt eſſe deſinat ſanguis chriſti. Per liquorem ergo ſimilem appoſitum vno modo ibi poſſet deſinere ſanguis chriſti, vt ſi ita modicum de illis accidentibus, ſub q̃bus eſt ſanguis Chriſti, clauderetur intra liquorem appoſitum, ꝙ ibi ſaluari non poſſet ſpecies talis vini. Sed ſi liquor appoſitus eſſet contrarius, dupliciter ibi poſſet deſinere ſanguis chriſti, vel per actionẽ contrariam, vel per incluſionẽ prędictam. In tanta enim parte illorum accidentiũ deſineret eſſe ſanguis chriſti, in quanta inducerentur

Lib. 4. cap. 31. Myſt. Miſſæ.

T. com. 86.

Aliquid corrũpi põt dupliciter.